This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Class
7188
86

HARVARD
COLLEGE
LIBRARY.

Digitized by Google

Class 7188.86

Harvard College Library

FROM THE

CONSTANTIUS FUND.

Established by Professor E. A. Sophocles of Harvard University for "the purchase of Greek and Latin books (the ancient classics) or of Arabic books, or of books illustrating or explaining such Greek, Latin, or Arabic books." (Will, dated 1880.)

Received 18 Nov., 1887.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

De

Argonautarum fabula

quae

veterum scriptores

tradiderint.

Dissertatio inauguralis,

quam

ad summos in philosophia honores

rite impetrandos

scripsit

D. Kennerknecht.

Pars I—II.

Monachii,
in aedibus Lindaueri (Schöpping).
MDCCCLXXXVI.

Digitized by Google

Class 7188.86
~~12275.44~~

HARVARD COLLEGE
NOV 18 1887
LIBRARY.

Constantius Fund.

Typis E. Th. Jacobi Erlangensis.

Digitized by Google

Memoriae

immature defuncti

viri doctissimi atque humanissimi

CONRADI BURSIAN

doctoris et professoris

hunc libellum

dicat

grato animo

auctor.

Digitized by Google

Digitized by Google

Pars prima.

De universa

Argonautarum fabula.

§. 1.

Dionysio Milesio, uni e veteribus logographis, Suidas hos libros assignat: *Τὰ μετὰ Δαρεῖον ἐν βιβλίοις ε'. Περιήγησιν οἰκουμένης. Περσικὰ ἰάδι διαλέκτῳ. Τρωικῶν βιβλία γ'. Μυθικά. Κύκλον ἱστορικὸν ἐν βιβλίοις ζ'.* At Cyclum a Dionysio Samio temporibus Alexandrinis, Periegesin a Dionysio Periegeta (300 p. Ch. n.), Troica et Mythica a Dionysio Mytilenaeo composita esse Welckerus [1]) nobis ostendit. Cum igitur Dionysii Milesii sola sint Persica et *τὰ μετὰ Δαρεῖον*, quae de Argonautis sub hoc nomine traduntur, non is, sed quem *Ἀργοναύτας ἐν βιβλίοις ἕξ* soluta oratione edidisse etiam Suidas auctor est, conscripsit Alexandriae Dionysius Mytilenaeus [2]). Hic vero primus, quoad nos rem diiudicare possumus, ratione usus, quae dicitur euhemeristica, Argonautarum fabulam interpretari conatus est.

Atque arietem quidem, quem Phrixus servatus mactavisse vulgo proditur, paedagogum dixit nomine Crium, qui simul atque Inonis novercae insidias animadvertit, illi, ut fuga salutem peteret, persuasit ipseque comes erat itineris, quod in Colchida fecerunt [3]).

---

1) Ep. Cycl. I. pag. 73 sq.

2) Conferas de eo atque sequentibus Weichertum: „Ueber das Leben u. Gedicht des Apollonius von Rhodus", pag. 107 sqq.

3) C. Müller fragm. histor. Graec. Dion. Myt fr 5: schol Apoll. Rhod. I, 256; II, 1144; IV, 119; 177.

Digitized by Google

E Dionysio pendet Diodorus Siculus, qui et ipse Phrixum cum paedagogo, cui nomen fuerit Crio, in Colchida fugisse ait [4]).

Quibuscum quae arctissime iunguntur, fieri potest, ut indidem hausta sint:

Scytharum rex, qui tunc ipsum, cum Phrixo, ut caperetur, accidit, apud Aeetam affinem morabatur, puerum amplexus amore arrogavit sibique succedentem fecit. Paedagogi vero deis immolati pellem templo affixerunt. Quo facto Aeetes cum ex oraculo audiisset se moriturum esse, si advenae Crii pellem abstulissent, lucum munivit, custodes disposuit pellemque inauravit, ut propter splendorem summa cura dignaretur.

Itemque per draconem homo nomine Draco intellegitur, custodes e Tauria acciti per tauros, qui ex saevo more advenas necandi flammas evomere ferantur.

Aliunde petitum videtur, quod Diodorus eodem loco refert, Phrixum navi, in cuius prora arietis imago fuerit, profectum esse, Hellen autem nausea conflictatam in mare decidisse [5]).

Eandem interpretandi rationem iniit Palaephatus *περὶ ἀπιστῶν*, cui haec praesto erat Phrixeae fabulae forma [6]):

Phrixus, qui ab ariete patrem sibi necem parare comperisset, cum Helle sorore arietem conscendit et tribus quattuorve diebus in Pontum Euxinum pervenit. In Colchide mactavit arietem mactatique pellem Aeetae muneri dedit, ut eius filiam Chalciopen in matrimonium acciperet.

Quibus immixta sunt, quae auctori incredibilia videbantur: breve tempus itineris, magnum arietis onus, penuria cibi potique, Phrixi animus ingratus, vilitas pellis.

---

4) Biblioth. histor. IV, 47; ex recogn. Imm. Bekkeri, Lipsiae 1853.

5) cf. schol. Apoll. Rhod. I, 256; Tacit. Annal. VI, 34.

6) Palaeph. cap. XXXI in Westermann. Μυθογρ. p. 292.

Digitized by Google

His de causis fabula ita explicatur:

Crius erat Athamantis minister, qui Phrixum de patris consilio certiorem fecit. Phrixus igitur navem conscendit opibus [7]) impositis magnis aureaque statua, quam Pelopis mater nomine Cos [8]) faciendam curaverat. Helle periit in itinere; ceteri vero cum ad Phasin pervenissent, sedem ibi ac domicilium constituerunt, et Phrixo quidem nuptam dedit Aeetes filiam Chalciopem statuam illam muneri adeptus.

Jam de Harpyiis idem sic alucinatur [9]):

Phineus, Paeoniae rex, oculos senectute, morte filios amiserat. Quo natae, Erasia et Harpyria, cum victum patris perderent, Zetes [10]) Calaïsque, filii Boreae, hominis haud ignobilis, quos regis vicini misereret, filiabus expulsis rei familiari unum e Thracibus praefecerunt.

Medeam denique ut recoctis senibus iuveniles annos reddentem veneficae infamia liberet, primam invenisse opinatur et sudatoria debilibus salubria et herbam canos crines nigros efficientem [11]).

Propius etiam ad Dionysii Mytilenaei sententiam accessit Heraclitus *περὶ ἀπιστῶν*:

Helle et Phrixo, quibus Ino noverca insidiaretur, paedagogus nomine Crius in naviculam impositis aufugit. Helle decidit in fretum Hellesponti. Phrixus autem servatus est. Eius amore incensus Aeetes Crium officientem excoriavit pellemque, quae propter fidem famuli aurea dici fertur, paxillis affixit [12]).

---

7) Quas Lampsaci deposuisse dicitur in schol. Apoll. Rhod. I, 933.

8) Eos sec. Mich. Apostol. XIII, 46 P. (XI, 58 L.) et Eudoc. CCCXLII (p. 146), qui Palaephatum exscripserunt.

9) Palaeph. cap. XXIII in Westerm. *Μυθογρ.* p. 268. = Mich. Apostol. Cent. XXI, 25 P (XVIII, 68); cf. Eud. DCCCCXL (p. 416), Tzetz. Chil. I, 215 sqq.

10) Palaephatus, qui Boreae cum Jovis Antiopesque filio confunderet, scripsit „*Ζῆθος*“.

11) Palaeph. cap. XLIV. Westerm. *Μυθογρ.* p. 306.

12) Heracl. cap. XXIV. Westerm. *Μυθογρ.* p. 313 sqq.

Digitized by Google

Harpyias is hetaeras Phinei rem familiarem devorantes intellegi voluit [13]).

Tauros vero Colchicos propter aviditatem, quos conspexissent lacerandi, ignem evomentes fingi arbitrabatur [14]).

Ineptissimum omnium est, quod Anonymus *περὶ ἀπιστῶν* [15]), quocum Suidas [16]) ad verbum consentit, et Charax [17]) vellere aureo artem auri chemice efficiendi membranis inscriptam significari censuerunt.

Consideratius Strabo et Phrixum et Jasonem metallorum causa, quibus Colchica terra abundaret, eo profectos esse iudicavit [18]). Fabulam autem aurei velleris inde exstitisse, quod aurum torrentibus delatum a Soanibus [19]), gente Colchis vicina, velleribus lanosis exciperetur [20]).

Eandem velleris aurei explicationem amplexus est Appianus [21]).

Denique Clidemus Jasonem, ut praedones mari exturbaret, exiisse ait [22]).

Symplegades Eratosthenes in tertio libro *Γεωγραφικῶν* inde nomen duxisse contendit, quod a fronte navigantibus discedere, a latere autem concurrere viderentur [23]).

Plinius a Medea pellicem ita crematam esse explicat, ut coronam naphta imbutam, postquam sacrificatura ad aras accessisset, ignis corriperet [24]).

---

13) Heracl. cap. VIII. Westerm. *Μυθογρ.* p. 313 sqq.

14) Heracl. cap. XVII. Westerm. *Μυθογρ.* p. 313 sqq.

15) Anonym. cap. III. Westerm. *Μυθογρ.* p. 321.

16) s. v. *δέρας χρυσόμαλλον.*

17) Eustathius ad Dionys. Perieg. v. 689.

18) Strabonis Geographica curantibus C. Muellero et F. Dübnero, Parisiis 1853. Lib. I cap. 2 §. 39.

19) Eustathius ad Dionys. Perieg. v. 689 eos Thoanes appellat.

20) Strab. XI, 2, 19.

21) B. Mithr. 103; conf. Plin. hist. nat. XXXII, 52 (cap. 3, sect. 15).

22) Plutarch. Thes. cap. XIX).

23) schol. Eur. Med. 2.

24) hist. nat. II, 235 (c. 105, 109).

Digitized by Google

§. 2.

Recentiores plerique Argonautas commercii causa expeditionem in Colchida usque obiisse suspicabantur sive auri sive, ut Is. Vossius [1]) mavult, pretiosarum pellium et praesertim Zibellinarum abundantia allectos.

Quibus respondet Weichertus ex eo, quod arietis patria non Colchis, sed Thessalia sit, sequi opes, in quas vellus aureum accipiatur, hinc illuc esse translatas [2]).

Itaque ipse vellus interpretatur divitias, quibuscum Phrixus dissensionibus domesticis coactus clam navi, quam nisus auctoritate nonnullorum veterum scriptorum, cum moris fuerit apud Graecos navibus nomina bestiarum indere, quarum imagines prorae sint appositae, arietem intelligere non dubitat, in terram Colchorum confugerit [3]).

Phrixum autem ab Aeeta interfectum ut ulciscerentur, vel si alteram fabulae formam praeferas, eius divitias in sacro nemore depositas recuperarent, Graecos duce Jasone e Thessalia in Colchidem navigasse atque incolumes nec re infecta rediisse [4]).

At arbitrari fugam Phrixi reapse causam expeditionis Argonautarum fuisse iuxta leviter est iudicantis, ac si quis Helenae raptum veram belli Troiani causam statuere velit.

Praeterea cum O. Muellero [5]) obiciendum est initio neque universorum Graecorum, sed modo Minyarum viros fortissimos esse profectos, unde postea Argonautis nomen erat Minyis, neque Colchida petiisse, quam usque ad Eumeli aetatem nemo noverat, sed terram incertam nomine Aeam.

Primus viam ad rectam huius fabulae interpretationem munivit O. Muellerus neque vero satis dilucide disputavit aut omnes potuit expedire difficultates:

---

1) ad Catull. carm. LXIV, 5.

2) Ueber Apoll. Rhod. pag. 115.

3) ibid. pag. 121 sq.

4) ibid. pag. 123 sqq., 106.

5) Orchomenos und die Minyer von Karl Otfried Müller. Zweite Ausgabe von F. W. Schneidewin. Breslau, 1844. pag. 253 et 269.

Digitized by Google

Athamas, quippe qui deae mortalem superduxisset uxorem, posteros religione obstrinxerat [6]), ad quam expiandam Jovi Laphystio maximus quisque natu vel eius loco, si fuga salutem petierat, aries mactabatur [7]).

Postea demum Phrixus propter insidias novercae fugisse fabulose referebatur [8]).

Expeditionis vero Argonautarum fabula non solum navigationi a Minyis primis exercitae originem debere, sed commenticiam quandam symbolicamque vim habere ei videtur [9]).

Namque Jasonem deum esse vere reconciliatorem, eundem cum Jasione-Cadmilo, uno e Cabiris, eundemque cum Cadmo, rege Thebarum [10]), et petiisse arietis pro Phrixo mactati vellus Laphystio sacratum adiuvante Medea, numine Junonis haud dissimili [11]).

Sed ne hanc quidem explicationem omnino probaverim. Nam gentes nondum adultae et quasi infantes ignorant res caecas et ab aspectus iudicio remotas, earumque fabulae semper manant aut ex vita singulorum aut ex rebus gestis totius nationis aut ex iis, quae in natura rerum fiunt et a deis ipsis perfici finguntur.

§. 3.

Jam vero equidem sententiis nixus, quas nostrae aetatis viri doctissimi aperuerunt, fabulam explanare aggrediar.

Cadmum veteres omnes e Phoenicia coloniam Thebas deduxisse crediderunt. Recentiorum complures improbabile esse rati a gente maritima mercatoriaque urbem condi procul a litore eam opinionem impugnaverunt. At iis hoc tantum concedere possum illam fabulam falso loco annexam

---

6) Orch. pag. 163 sq.
7) Orch. pag. 156 sqq.
8) Orch. pag. 164 sq.
9) Orch. pag. 280 et 260.
10) Orch. pag. 260 sq. et Beilage II.
11) Orch. pag. 264 sq. Prolegomena zu einer wissenschaftlichen Mythologie v. K. O. Müller, pag. 115.

Digitized by Google

esse, qua constat redigi in memoriam emporia, quae quin Phoenices in oris et insulis Graeciae olim constituerint, nemo est qui dubitet. Quos cum ubique loca ad rem accommodatissima seligerent, cui mirum videbitur non fugisse sinum Pagasaeum, qui faciles appulsus et aditus in terram silvis frugibusque abundantem patefaceret [1]).

Phoenicum exemplo incitati mox Graeci quoque mare sunt ausi intrare, quorum primos longius navigavisse Minyas ipsae Argonautarum fabulae testantur.

Profecti vero sunt Minyae pariter atque duces eorum et magistri nulla alia de causa, quam ut mercaturam facerent. Quae sententia confirmatur munere, quo Homerus Jasonis filium Euneum fungentem inducit. Is enim ubi amplissimo dono ab Atridis praecipuum vendendi ius redemit, aere, ferro, taurorum pellibus, bubus, captivis, vina Achivis divendit [2]). Alias Eetioni vendit Lycaonem, Priami filium, quem ab Achille mercatus est argentea amphora [3]).

Hanc quidem explicationem Weichertus [4]) ad vetera illa tempora minime accommodatam esse putat, sed obliviscitur has primas navigationes non Achaeorum fuisse, ut e priore pulsi novam patriam vi armorum expugnarent, sed de stirpe Aeoli Minyarum, quos cum negotiandi ac navigandi studio tum ingentibus divitiis semper praestitisse ipse ait [5]).

Attamen concedam Minyas nec sola quaestus cupiditate, ut illorum itinerum pericula subirent, impulsos esse, sed etiam studio orbem terrarum cognoscendi, neque in nimiam religionem vertisse ab inferioribus vi capere, non pretio emere, quae sibi placerent.

Se committunt igitur Minyae, quod eis obvium erat, mari Aegaeo et ad orientem versus in terram longinquam perveniunt, unde, postquam multis periculis in dies magis

---

1) Bursian, Geographie von Griechenland, II, 2 p. 43.
2) Il. VII, 467 sqq.
3) Il. XXI, 40 sqq. XXIII, 741 sqq., cf. Strab. I, 2, 33; 38; 40.
4) Ueber Apoll. Rhod. pag. 128.
5) Ueber Apollon. pag. 112.

Digitized by Google

auctis perfuncti sunt, denique incolumes et divitiis onerati in patriam reveniunt.

Quam terram ignotam fama omnibus miraculis exornavit. Videbatur populo esse ea, quae Solis palatium sustinebat eoque *Αἶα* id est *γαῖα,* terra *κατ᾽ ἐξοχήν,* nominabatur [6]. Soli Aeam habitanti Aeetae [7]) erat cognomen, quod postea deo ademptum et homini ficto inditum est, qui eius filius Aeaeque rex putabatur.

Haec Aea nescio an fuerit initio Lemnus, ubi Minyas consedisse uxoresque indigenas duxisse pro certo affirmari oportet. Quorum posteris ad ipsos Argonautas relatis, ut repentinus horum cum Lemniadibus concubitus veri similior videretur, fabula de maritorum perfidia neceque inventa est.

Mox autem Asiam minorem Aeam habitam esse ex eo concludere velim, quod Teos ab Athamante condita esse proditur [8]).

Paulatim vero expeditionis finis longius atque longius prolatus iam ante Homeri aetatem in Ponti Euxini ora quaerendus est, si iure suspicor Symplegadum fabulam ex illo oculorum ludibrio ortam esse, quo litora Bospori mediocribus et paene paribus intervallis inter se distantia invehentibus concurrere videbantur.

His igitur Minyarum navigationibus debet originem de Argonautarum expeditione fabula.

A qua restricte distinguenda est et fabula Phrixea et Jasonea, quae, cum utrique vellus, symbolum nubis, commune sit, ad ea quae in rerum natura fiunt, revocantur.

Phrixus significat imbrem ex nube cadentem, Helle splendorem coeli vespertini nubibus reflexum. Ab huius cultu per Minyas in Asiam propagato Hellespontus nomen accepit. Sed sub ea voce vetustissimis temporibus non modo fretum

---

6) conf. Mueller. Orch. pag. 269; Stender. de Argonautarum ad Colchos usque expeditione fabulae historia critica, Kiliae 1874; pag. 29.

7) conf. Stephan. Byzant. s. v. *Αἶα.*

8) Strab. XIV, 1, 3.

Digitized by Google

illud, quod inter Troadem et Chersonnesum porrigitur, sed totum mare Aegaeum intelligebatur [9]. Quo Helle cum sole occidenti quotidie delabitur, unde fama ferebat eam cum Neptuno matrimonium iniisse.

Athamas est deus aetheris. Cui nupta Nephele, dea nubium, ubi disparuit, agri siccitate laborant. Haec ut removeatur, quantum valebant Phoenicum ritus, qui per Inonem repraesentantur, homines atque adeo ipsos regis liberos mactari placet.

Eius consuetudinis vestigia etiam belli Persici temporibus [10] et in Sophoclis Athamante inveniuntur.

Fabula Phrixea ab Orchomeniis potissimum effingebatur. Jolci [11] contra Jason colebatur deus aetheris, sed qui nubes non fugat, sed refert una cum Medea, dea nubium.

Ut igitur illa tempus aestivum, ita hac fabula tempus imbrium sigificari mihi videtur.

Idem atque Jason est Aeson deus, qui agros imbribus frugiferos reddit, sed a Pelia, deo marino, eicitur, id quod ad Minyas ex agricolis nautas factos referendum esse existimo.

Posterius Jason divinitate privatus tam arcte casibus Argonautarum implicabatur, ut non iam possit disiungi. Quamquam ea, quae a Medea in Graecia gesta sunt eique acciderunt, ab ipsa expeditione secernam.

§. 4.

Argonautarum expeditio iam antiquissimis temporibus in ore hominum atque adeo versibus celebrata erat, quae carmina novit et Homerus. Sed diligenter Ilias et Odyssea inter se distinguendae sunt. Illic enim commemoratur Lemnius Euneus, quem Hypspyle ex Jasone peperit, id quod

9) vide Strab. VII, fragm. Pal.-Vat. 57.

10) Herod. VII, 197; cf. Plat. Min. 315 C.

11) Est haec prisca Minyarum sedes, non ut Straboni (IX, 2, 40) probatur, colonia Orchomeno deducta. Conf Apoll. Rhod. III, 1093 sqq.; schol. Apoll Rhod. I, 230; 763.

Digitized by Google

auctorem Iliadis e carminibus Argonautarum ad orientem versus navigantium hausisse neque, quanta fide erat, quidquam mutavisse apparet.

Aliter res se habet in Odyssea, cuius libros X—XII, cum ibi Artaciae fontis in Cyzici urbis finibus siti mentio fiat, post Olympiada VII natos esse Kirchhoffius [1]) recte conclusit.

Ibi cum Planctas, quas auctoribus Tzetze [2]) et Hesychio [3]) et Strabone [4]) easdem esse atque Symplegades pro certo haberi potest, tum insulam Aeaeam in mari occidentali positas esse tradi O. Muellerus [5]) accurate et subtiliter ostendit.

Sed haec omnia ab ipso Homero vetera Argonautica, in quibus Aeam orientem versus sitam esse ex Od. XII, 3 sq., qui versus nisi de regionibus orientalibus intellegi nequeunt, manifesto apparet, libere in rem suam convertente in mare occidentale translata esse idem [6]) iure Strabonem [7]) secutus et ex Minyarum colonia Lemnum deducta et ex maiore fabulae Argonautarum vetustate colligit Quamquam Minyas primum, etsi breve tempus, occidentem versus navigavisse non prorsus negare audet, cum dicat, „dass die Pagasetische Seefahrt b a l d von Anfang an eine nordöstliche Richtung genommen habe“ [8]).

---

1) Die homerische Odyssee von A. Kirchhoff. Excurs II. pag. 287—290. 2. Auflage, Berlin 1879.

2) ad Lycophr. v. 1285.

3) s. v. *Συμπληγάδες*.

4) III, 2, 12; cf. Arrian. Peripl. Pont. Eux. 25, 3.

5) Orch. pag. 270 sqq. Mendum, quod ibidem pag. 273 irrepsit, ita corrige, ut scribas: „die Nordgestirne stets l i n k s habend“ secundum Od. V, 276 sq.:

Τὴν γὰρ (sc. *Ἄρκτον*) *δή μιν ἄνωγε Καλυψώ, δῖα θεάων,*
ποντοπορευέμεναι ἐπ' ἀριστερὰ χειρὸς ἔχοντα.

6) Orch. pag. 273 sq.

7) Str. I, 2, 10; 40.

8) Orch. pag. 274.

Digitized by Google

Hanc explicationem cum improbet, Stenderus [9]) concedit quidem Aeaeam et Aeam eadem nomina esse, sed diversas terras significare contendit inductus iis, quae Hesiodus tradidisse fertur [10]), insidentem currui Solis Circen in insulam Tyrrheniae propinquam pervenisse.

Circen initio in patris aedibus habitasse etiam probatur campo Circaeo, cuius in Colchorum terra siti mentionem fecit Apollonius Rhodius [11]) et Timaeus [12]).

Sed quis est, qui non intelligat hanc fabulam, qua Circen non solam emigrasse, sed cochleae instar partem alteram pristini domicilii secum abstulisse, alteram Aeetae fratri permisisse, ut credamus, cogimur, inventam esse ab Hesiodo, ut quae inter Odysseam et Argonautarum carmina intererat, explicaret discrepantiam.

Nam apud Homerum quoque Aeetes et Circe tam arcte coniuncti sunt, ut recte O. Muellerus [13]) coniecerit in Odyssea eos Aeam insulam occidentem versus sitam una habitantes fingi.

Loci a Stendero ex Iliade citati propter auctorum diversitatem nihil demonstrant.

Sane Aeetes cum a patre non immortalitatem nec vires divinas relictas acceperit, potestatem fata heroum Homericorum moderandi non habet; quare fabula ab Homero commutata Argonauticon poëtae, praesertim cum, quo Circe functa erat, muneris partes Medea, veneficiorum non minus perita Aeetae filia, omnino expleret, ut et ipsi viam mutarent, non sunt adducti.

---

9) De Arg. exp. fab. hist. crit. pag. 21.

10) schol. Apoll. Rhod. III, 311. Eandem fabulam narrat Diodorus Sicul. IV, 45 et Apoll. Rhod. III, 310 - 313; cf. Valer. Flacc. VII, 217—234.

11) Argonautica ed. R. Merkel, Lipsiae, 1854: II, 400; III, 200.

12) schol. Apoll. Rhod. II, 400 (fr. 9).

13) Orch. pag. 270.

Digitized by Google

Pars secunda.

De

fabula Phrixea.

Cap. I.

§. 1.

Epicorum princeps Homerus, ut omittamus Inonem, Cadmi filiam, sub nomine Leucotheae in numero dearum repositam [1]), fabulae Phrixeae nusquam mentionem facit sive consulto sive inscientia, a qua non abhorret in Iliade decies, semel in Odyssea Hellespontum legi, quod nomen ipse ab Achaeis, hi a Minyis acceperunt.

Neque in Hesiodi theogonia plura quam Inonem Cadmo et Harmonia Thebis natam esse inveniuntur [2]). Sed hanc extremam partem carminis a versu 963 proficiscentem iam Fr. A. Wolfius [3]) et Chr. G. Heyneus [4]) additamentum esse duxerunt, quod Marckscheffelius [5]) posteriori cuidam poëtae deberi existimat.

Hesiodo etiam *Κατάλογον γυναικῶν* veteres ad unum atque Eoeas praeter Pausaniam omnes ascripserunt.

---

1) Od. V, 333 sqq., 461.

2) Hesiodi carmina rec. Carol. Goettling. ed. III, quam curavit Joannes Flach, Lipsiae 1878; v. 975 sqq.

3) Theogonia Hesiodea. Observ. pag. 140.

4) Epistola Heynii. Ibidem pag. 158.

5) Hesiodi, Eumeli, Cinaethonis, Asii et carminis Naupactii fragmenta coll. Guil. Marckscheffel, Lipsiae 1840. Comm. pag. 120 sq., 109.

Digitized by Google

Catalogi tribus libris totius Graeciae heroum stirpes resque expositae erant, Eoearum vero auctor acquiescebat in celebranda prole mulierum mortalium, quae cum deis rem habuisse ferebantur. Quae carmina etsi diversi poëtae conscripserant, propter argumenti similitudinem postea ita coniuncta sunt, ut Eoeae Catalogi librum quartum et quintum efficerent [5]. Editae sunt, ut Marckscheffelius [6] ostendit, quem secutus est Kirchhoffius [7], post. Ol. XXXVII Eoeae, quibus contineretur nymphae Cyrenes fabula, quam ante huius nominis urbem conditam oriri non potuisse O. Muellerus [8] recte monuit. Ac ne Catalogum quidem illi [9] ad multo vetustiora tempora rettulerunt. Th. Bergkius [10] autem cum omnes ad hanc sententiam probandam rationes respueret, nimia fide usus Catalogum ab ipso Hesiodo, alterum carmen a posteriore incertae aetatis poëta factum esse arbitrabatur.

Ex Catalogi fragmentis IV, II, VIII [11], restitui potest hoc stemma antiquissimorum Graeciae nobilium:

Ἰαπετός

Προμηθεύς + *Πανδώρη*

Δευκαλίων + *Πύρρα*

Ἕλλην

Δῶρος *Ξοῦθος* *Αἴολος*

Κρηθεύς *Ἀθάμας* *Σίσυφος* *Σαλμωνεύς* *Περιήρης.*

Quorum in sortibus enarrandis poëtam, simulatque de Athamante dixit, Phrixi quoque fabulam intexuisse veri simillimum est, etsi nullum, quod huc pertineat, fragmentum Catalogo diserte assignatur.

---

6) Hes. frgm. pag. 136.

7) Hom. Od. Exc. IV pag. 324.

8) Orch. pag. 340. Proleg. pag. 63, 143.

9) Marcksch. pag. 141. Kirchh. pag. 330.

10) Griechische Literaturgeschichte. Berlin 1872. I, pag. 1004 sqq.

11) Utor numeris Marckscheffelii; apud Goettling-Flach sunt:
fr. 142 (Laetant. Placid. argum. ad Ovid. metam. I).
fr. 30 (schol. Apoll. Rhod. III, 1086).
fr. 32 (Tzetz. ad Lycophr. 284).

Digitized by Google

Eoeas perscrutantibus nobis primum occurrit nomen Phrixi. Qui a Phineo de via doctus [12]) ex Jophossa, Aeetae filia, quattuor filios genuit, Argum, Phrontin, Melam, Cytisorum [13]).

Argus et Admeti filia Perimele Magnetem procreaverunt [14]).

Jam tum igitur Phrixus causa quadam coactus e patria fugisse et mari superato ad Aeetam pervenisse fingebatur. Sed cum omnia haec neque ab Argonautarum expeditione abhorreant et poëta in hac quidem, non autem in Phrixea fabula describenda a muliere amplexu dei usa e more suo incipere potuerit, incertum est an in Eoeis fabula, de qua agitur, ipsa defuerit.

Quare equidem fragmentum CLXXXIII (12) [15]), quod Marckscheffelius aliique, eius qui scholia Germanici Strozziana confuse consuit [16]), dubia auctoritate in errorem rapti, ad astrologiam, quam Plutarchus [17]) et Plinius [18]) et scholiasta Arati [19]) adversante Athenaeo [20]) et ipsam in libris ab Hesiodo scriptis numerant, rettulerunt, Catalogo quam Eoeis, ut vult Robertus [21]), assignare malim.

---

12) fr. CLX (88; schol. Apoll. Rhod. II, 181).

13) fr. CLXI (91; schol. Apoll. Rhod. II, 1122, quae exscripsit Eudocia pag. 79).

14) fr. CLXV (37; Antoninus Liberalis cap. 23).

15) Eratosth. Catast. XIX: *εἶχε δὲ χρυσῆν δοράν, ὡς Ἡσίοδος καὶ Φερεκύδης εἰρήκασιν.* Hygin. astron. II, 20: quem (arietem) Hesiodus et Pherecydes ait habuisse auream pellem. Schol. Germanici Basileensia p. 79, 18: aureo vellere cata Hesiodum.

16) cod. Strozz. I p. 142: Arietem namque, ut Hesiodus et Pherecydes dicunt, inter astra conlocatum. Conf. O Mueller. Prolegom. pag. 199.

17) de Pyth. oracul. 18.

18) Histor. nat. XVIII, 25.

19) ad v. 254; quem secutus est Tzetzes ad Hes. Op. et D. 382; Chil. XII, 169.

20) XI, p. 491 C.

21) Eratosthenis Catasterismorum reliquiae rec. Carol. Robertus; Berolini 1878; pag. 240.

Digitized by Google

Argumentum Aegimii, cuius libri auctorem Stephanus Byz.[22]) Hesiodum, Athenaeus[23]) aut hunc aut Cercopem Milesium esse ait, ceteri silentio praetermittunt, praecipue in describendo bello ab Aegimio, Doriensium duce, contra Lapithas adiuvante Hercule bene gesto, de quo certiores nos faciunt Apollodorus[24]) et Diodorus Siculus[25]), versatum esse iam Valckenarius[26]) e titulo conclusit, O. Muellerus[27]) et Th. Bergkius[28]) probaverunt.

Quodsi poëta sicut ei, qui belli Troiani aut Argonautarum fabulas versibus persecuti sunt, numerum eorum, qui huic bello intererant, et ipse ita auxit, ut cum alios tum Phrixi filios auxilio succurrentes faceret — cui simile et O. Muellerus l. c. suspicatus est — quid antiquius habere potuit, quam ut pariter atque Apollonius Rhodius[29]) nominatis filiis patrem quoque eiusque sortem breviter commemoraret. Tali deverticulo debemus fragm. CLXXI (1)[30]), quo Phrixum propter pellem ultro Aeetes suscepisse proditur. Per se ipsam vero et accuratius expositam fuisse in Aegimio fabulam Phrixeam verisimile non est nedum Argonautarum expeditionem, quam Groddeckii[31]) opinionem Weichertus[32]) et O. Muellerus[33]) iam pridem prohibuerunt.

---

22) s. v. Ἀβαντίς.

23) XI pag. 503 D.

24) Apollodori Bibliotheca ex recogn. Immanuelis Bekkeri; Lipsiae 1854: II, 7, 7, 2.

25) Bibl. hist. IV, 37.

26) Ad Eurip. Phoeniss. p. 735; ita Marksch. Hes. fragm. p. 167, Goettl.-Fl. Hes. carm. prol. p. XLIX, Weichertus „Ueber Apoll.“ p. 139. In editione Lugdunensi anni MDCCCII, quae mihi praesto erat, is locus invenitur in pag. 117 alterius partis, qua scholia continentur.

27) Dorier, I pag. 28.

28) Gr. Lit.-Gesch. pag. 1006 sq.

29) Argon. II, 1141 sqq.

30) schol. Apoll. Rhod. III, 587.

31) Bibliothek der alten Literatur u. Kunst II p. 85 sq.

32) Ueber Apoll. Rhod. pag. 139, adnot. 176.

33) Dor. I pag. 28, adn. 5; conf. Welcker. Cycl. ep. pag. 263—266.

Digitized by Google

Item genealogias scripsit Asius Samius[34]), qui quia et numeris elegiacis utebatur, quos modo Callinus modo Archilochus invenisse dicitur, Marckscheffelio[35]) recentior Olympiade XXX esse videtur.

In eius carminibus cum Ptoum filium Athamantis et Themistonis dictum esse Pausanias[36]) referat, etiam Athamanteae stirpis genealogiam explanatam esse mihi persuadeo, in qua Phrixus deesse non potuit. Fragmenta sane non iam supersunt huc spectantia.

Praeter poëtas genealogicos fabulam Phrixeam epici omnes neglexerunt. Apollonius quoque Rhodius, quem Alexandriae natum esse ibique Callimachum audiisse Suidas et biographi affirmant, solam Argonautarum expeditionem celebravit. Quae quia cum Phrixi fuga arctissime coniuncta esse credebatur, nonnulla immiscuit, quibus indicatur, qualem formam fabulae Phrixeae in animo habuerit. Haec fere est:

Athamas, Aeoli filius[37]), rex erat Orchomeni[38]), quam urbem Minyas Jolco profectus condiderat[39]). Cuius filio Phrixo[40]) noverca insidias molita effecit, ut is sacrificio de-

---

34) Pausan. (recogn. Schubart) IV, 2, 1; Athen. III p. 125 B.

35) Hes. fr. pag. 260.

36) IX, 23, 6.

37) III, 360: *ἄμφω γὰρ Κρηθεὺς Ἀθάμας τ᾽ ἔσαν Αἰόλου υἷες.*

38) II, 654: *ὁππόθ᾽ ἅμα κριῷ φεῦγε πτόλιν Ὀρχομενοῖο.*
1184: *πάρεστι δὲ τῆσδ᾽ ἐπὶ νηὸς*
ἔνθα καὶ ἔνθα νέεσθαι, ὅπῃ φίλον, εἴτε μετ᾽ Αἶαν
εἴτε μετ᾽ ἀφνειὴν θείου πόλιν Ὀρχομενοῖο.
III, 265: *τί δὲ κεν πόλιν Ὀρχομενοῖο,*
ὅστις ὅδ᾽ Ὀρχομενός, κτεάνων Ἀθάμαντος ἕκητι
μητέρ᾽ ἐὴν ἀχέουσαν ἀποπρολιπόντες ἵκοισθε;

39) III, 1091: *ἐν δ᾽ αὐτὴ Ἰαωλκός . . .*
1093: *Μινύην γε μὲν ὁρμηθέντα,*
Αἰολίδην Μινύην ἔνθεν φάτις Ὀρχομενοῖο
δή ποτε Καδμείοισιν ὁμούριον ἄστυ πολίσσαι.

40) III, 361: *Φρίξος δ᾽ αὖτ᾽ Ἀθάμαντος ἔην πάις Αἰολίδαο.*

Digitized by Google

stinaretur [41]), ex quo periculo per Jovem servatus est [42]). Sedentes in ariete, quem aureo vellere ornatum [43]) Mercurius adduxerat [44]), ipse eiusque soror Helle aufugerunt. Quae cum in mare, quod ab ea Hellespontus dicitur [45]), decidisset, Phrixus animo paene defecit, sed ab ariete humanam vocem mittente relevatus [46]) iter longius persecutus est. In Bithynia a Dipsaco hospitio exceptus [47]) tandem pervenit in Colchida, ubi Jovi Phyxio ara exstructa arietem Mercurii (vel ipsius) iussu immolavit [48]). Pellem vero eius e quercu

---

41) II, 1194: Φρίξοιο θυηλάς.
III, 190: ὁ δὲ καί ποτ᾽ ἀμύμονα Φρίξον ἔδεκτο
μητρυιῆς φεύγοντα δόλον πατρός τε θυηλάς.

42) II, 1179: Ζεῦς ἀτενὲς τὰ ἕκαστ᾽ ἐπιδέρκεται· οὐ δέ μιν ἄνδρες
λήθομεν ἔμπεδον, οἵ τε θεουδέες, οὐ δὲ δίκαιοι·
ὣς μὲν γὰρ πατέρ᾽ ὑμὸν ὑπεξείρυτο φόνοιο
μητρυιῆς καὶ νόσφιν ἀπειρέσιον πόρεν ὄλβον.
I, 291: Φρίξος . . . ἀλύξας.

43) I, 4: χρύσειον μετα κῶας.
II, 1193: κῶας ἄγειν χρύσειον.

44) II, 1141: Αἰολίδην Φρίξον τιν᾽ ἀφ᾽ Ἑλλάδος Αἶαν ἱκέσθαι
ἀτρεκέως, δοκέω, που ἀκούετε καὶ πάρος αὐτοί,
Φρίξον, ὅτις πτολίεθρον ἀνήλυθεν Αἰήταο
κριοῦ ἐμβεβαώς, τόν ῥα χρύσειον ἔθηκεν
Ἑρμείας.

45) I, 927: κούρης Ἀθαμαντίδος αἰπὰ ῥέεθρα.

46) I, 256: ὡς ὄφελεν καὶ Φρίξον, ὅτ᾽ ὤλετο παρθένος Ἕλλη,
κῦμα μέλαν κριῷ ἅμ᾽ ἐπικλύσαι. ἀλλὰ καὶ αὐδὴν
ἀνδρομέην προέηκε κακὸν τέρας.
I, 763: ἐν καὶ Φρίξος ἔην Μινυήιος ὡς ἐτεόν περ
εἰσαΐων κριοῦ, ὃ δ᾽ ἄρ ἐξενέποντι ἐοικώς.

47) II, 652: τῇ δ᾽ ἄρ ἐπι προχοὰς Φυλληίδας, ἔνθα πάροιθεν
Διψακὸς υἷ᾽ Ἀθάμαντος ἑοῖς ὑπέδεκτο δόμοισιν.

48) IV, 115: ποιήεντ᾽ ἀνα χῶρον, ἵνα Κριοῦ καλέονται
εὐναί, ὅθι πρῶτον κεκμηότα γούνατ᾽ ἔκαμψεν
νώτοισιν φορέων Μινυήιον υἷ᾽ Ἀθάμαντος.
ἐγγύθι δ᾽ αἰθαλόεντα πέλεν βωμοῖο θέμεθλα,
ὅν ῥά ποτ᾽ Αἰολίδης Διὶ Φυξίῳ εἵσατο Φρίξος
ῥέζων κεῖνο τέρας παγχρύσεον, ὥς οἱ ἔειπεν
Ἑρμείας πρόφρων ξυμβλήμενος.

Digitized by Google

suspensam in sacro Martis luco draco insomnis custodiebat [49]).

Advenam Aeeta iussu Mercurii ab Jove ipso missi [50]) excepit eique filiam Chalciopen in matrimonium dedit. Ex qua habuit Phrixus quattuor filios: maximum natu Argum [51]), Melam, Cytisorum, natu minimum Phrontin [52]), qui iussu patris in domo Aeetae mortui Orchomenum redibant in patriam urbem [53]). Sed naufragio facto in insulam Aretiadem

---

II, 1146: τὸν μὲν (κριὸν) ἔπειτ' ἔρρεξεν ἑαῖς ὑποθημοσύνῃσιν
Φυξίῳ ἐκ πάντων Κρονίδῃ Διί.

49) II, 1267: Καύκασον αἰπήεντα Κυταιίδα τε πτόλιν Αἴης,
ἔνθεν δ' αὖ πεδίον τὸ Ἀρήιον ἱερά τ' ἄλση
τοῖο θεοῦ, τόθι κῶας ὄφις εἴρυτο δοκεύων
πεπτάμενον λασίοισιν ἐπὶ δρυὸς ἀκρεμόνεσσιν.
cf. II, 1145.
II, 1207: οὐ μὰν οὐδ' ἀπάνευθεν ἑλεῖν δέρος Αἰήταο
ῥηίδιον· τοῖός μιν ὄφις περί τ' ἀμφί τ' ἔρυται
ἀθάνατος καὶ ἄυπνος.

50) III, 584: οὐδὲ γὰρ Αἰολίδην Φρίξον μάλα περ χατέοντα
δέχθαι ἐνὶ μεγάροισιν ἐφέστιον, ὃς περὶ πάντων
ξείνων μειλιχίῃ τε θεουδείῃ τ' ἐκέκαστο,
εἰ μή οἱ Ζεὺς αὐτὸς ἀπ' οὐρανοῦ ἄγγελον ἧκεν
Ἑρμείαν, ὥς κεν προςκηδέος ἀντιάσειεν.

51) II, 1122: Ἄργος δὲ παροίτατος.

52) IV, 71: ὁπλότατον Φρίξοιο περαιόθεν ἤπυε παίδων,
Φρόντιν.

53) II, 1147: καί μιν ἔδεκτο
Αἰήτης μεγάρῳ, κούρην τέ οἱ ἐγγυάλιξεν
Χαλκιόπην ἀνάεδνον ἐυφροσύνῃσι νόοιο.
τῶν ἐξ ἀμφοτέρων εἰμὲν γένος. ἀλλ' ὃ μὲν ἤδη
γηραιὸς θάνε Φρίξος ἐν Αἰήταο δόμοισιν.
ἡμεῖς δ' αὐτίκα πατρὸς ἐφετμάων ἀλέγοντες
νεύμεθ' ἐς Ὀρχομενὸν κτεάνων Ἀθάμαντος ἕκητι.
εἰ δὲ καὶ οὔνομα δῆθεν ἐπιθύεις δεδαῆσθαι,
τῷδε Κυτίσωρος πέλει οὔνομα, τῷ δέ τε Φρόντις,
τῷ δὲ Μέλας· ἐμὲ δ' αὐτὸν ἐπικλείοιτέ κεν Ἄργον.
II, 1093: υἱῆες Φρίξοιο μετα πτόλιν Ὀρχομενοῖο
ἐξ Αἴης ἐνέοντο παρ' Αἰήταο Κυταίου
Κολχίδα νῆ' ἐπιβάντες, ἵν' ἄσπετον ὄλβον ἄρωνται
πατρός· ὃ γὰρ θνήσκων ἐπετείλατο τήνδε κέλευθον.
cf. III, 262 sqq.

Digitized by Google

delatos Argonautae praetervehentes secum in Colchida reduxere [54]).

Vers. II, 1144 et II, 1181 itemque v. II, 1146 et IV, 120 inter se repugnare videntur. Tollitur autem difficultas, si reputaverimus Mercurium non ipsum apparuisse, sed Jovis iussu arietem misisse, qui Phrixum auferret deique mandata nuntiaret.

Interdum Phrixeam stringit fabulam Nonnus Panopolitanus [55]):

Athamas primam duxit uxorem Nephelen, alteram Ino [56]), tertiam Themisto [57]). Nephele duos liberos habuit, quos propter Inus insidias [58]) aries aureo vellere praeditus [59]) per auras abstulit. Helle cum in fretum, quod ab ea Hellespontus dicitur [60]), caderet [61]), a Neptuno servata est [62]); Phrixus incolumis pervenit iu terram Colchorum [63]).

§. 2.

Reliquae orationis illustrandae gratia poëtae lyrici fabulam Phrixeam attigerunt.

---

54) vid. II, 1197 sqq.

55) Nonni Panopolitani Dionysiacorum libri XLVIII rec. Arm. Koechly, Lips. 1857|8.

56) V, 556: καὶ Νεφέλης μετὰ λέκτρα, μετὰ προτέρους ὑμεναίους
εἰς θαλάμους Ἀθάμαντος ἐκώμασε παρθένος Ἰνώ.

VIII, 384: Ἰνὼ ἔχει Νεφέλην . . . σύγγαμον.

57) IX, 303: (Ἀθάμας) λιπὼν ἄμνηστον ἀκηρύκτου πόθον Ἰνοῦς
διssοτόκου Νεφέλης προτέρης μετὰ δέμνια νύμφης
ἁβρὰ βαθυζώνοιο μετέστιχε λέκτρα Θεμιστοῦς.

58) X, 97: Νεφέλη γὰρ Ἐριννύας εἰς ἐμὲ πέμπει.

59) X, 102: χρυσοπόκου κριοῖο.

60) III, 37: Τρώιον ὑγρονόμοιο διασχίζων πόρον Ἕλλης.

XXV, 440: (ὅπως μὴ) ἐὸν οὔνομα γείτονι πόντῳ
ὄψιμον ἁρπάξειε γέρας πεφυλαγμένον Ἕλλῃ.

61) X, 98: κατὰ πόντον, ὅπῃ πέσε παρθένος Ἕλλη.

62) X, 104: αἴθε δὲ καὶ
Ποσειδάων σε σαώσῃ.

63) X, 99: ἔκλυον ἠερόθεν πεφορημένον εἰς χθόνα Κόλχων
ἅρπαγος ἀρνειοῖο μετήορον ἡνιοχῆα
Φρίξον ἔτι ζώειν μετανάστιον.

Digitized by Google

Velut Simonides Ceus, quem Ol. LVI, 1 natum esse ex ipsius verbis colligi potest[1]), vocabulo *νάκος* pellem arietis significat[2]) et purpura tinctam in hymno Neptuni[3]), alio loco albam[4]) fuisse dicit.

In Pindari carmine Pythico IV laus Arcesilai, Cyrenes regis, qui de stirpe Euphemi esset, ansam dedit ad Argonautarum expeditionem uberius describendam, unde et perspici potest, quam Phrixeae fabulae formam spectaverit poëta.

E novercae insidiis marisque periculo servatus[5]) per arietem aureo vellere ornatum[6]) Phrixus venit ad Aeetam Colchidis regem[7]). Ubi arietis mactati[8]) pellem in dumeto reconditam draco ingens custodiebat[9]). Advena ipse in terra Colchorum mortem obiit[10]).

Ampliora Pindarus in hymno quodam suo prodidisse videtur. Exstat autem solum nomen Demodices, quod dederat Phrixi novercae[11]).

---

1) Poëtae lyrici Graeci, rec. Theod. Bergk. Ed. IV. Lipsiae 1878. Vol. III p. 382 sqq. Sim. fr. 147; cf. Bernhardy, Grundriss der griech. Litteratur. 3. Bearbeitung. Halle 1877. II. Teil, 1. Abteilung, pag. 700.

2) fr. 21 (Etym. Magn. 597, 14).

3) fr. 21 (schol. Eur. Med. v. 5).

4) fr. 21 (schol. Apoll. Rhod. IV, 177).

5) v. 161: τᾷ (κριῷ) ποτ' ἐκ πόντου σαώθη
ἔκ τε ματρυιᾶς ἀθέων βελέων.

6) v. 68: τὸ πάγχρυσον νάκος κριοῦ,
v. 161: δέρμα τε κριοῦ βαθύμαλλον.
v. 241: δέρμα λαμπρόν.
v. 230: ἄφθιτον στρωμνὰν ἀγέσθω,
κῶας αἰγλᾶεν χρυσέῳ θυσάνῳ.

7) v. 160: ἐλθόντας πρὸς Αἰήτα θαλάμους.

8) v. 242: ἔνθα νιν ἐκτάνυσαν Φρίξου μάχαιραι.

9) v. 244: κεῖτο γὰρ λόχμᾳ, δράκοντος δ' εἴχετο λαβροτατᾶν γενύων,
ὃς πάχει μάκει τε πεντηκόντορον ναῦν κρατεῖ.

10) v. 159: κέλεται γὰρ ἑὰν ψυχὰν κομίξαι
Φρίξος.

11) schol. Pind. Pyth. IV, 288, ubi verba: ἐκακώθη γὰρ διὰ τὴν

Digitized by Google

Callimachus, qui circa annum 250 a. Ch. n.[12]) Alexandriae propter studium cum literarum tum poësis summa laude florebat, carmen edidit quattuor librorum, quod inscribebatur *Αἴτια*. E cuius fragmentis unum ad Hellen pertinet[13]). Quod cum etiam in eis legi potuerit, quae de Argonautis referebantur, nescio an fabulam Phrixeam prorsus neglexerit ille Cyrenaeus.

At alter Cyrenaeus in ea versatus est Eratosthenes, et ipse doctrina insignis atque poëtica laude[14]). Sub eius nomine fertur inscriputurque *Καταστερισμοί* libellus, de quo quae viri docti senserunt, valde discrepant. Bernhardyus[15]) quidem, cui Westermannus[16]) assentitur, Hygini astronomiae Catasterismos originem debere opinatur; Bursianus[17]) autem, cum Hyginum Catasterismos latine vertisse argueret, hos quamvis mutilos ipsius Eratosthenis esse arbitratur. Verum qua est sermonis vilitate liber Graecus, Robertus[18]), ad Valckenarii[19]) Hemsterhusiique[20]) opinionem reversus, rem ita explicare studet, ut Eratosthenem prosa oratione Catalogos scripsisse, Catasterismos horum compendium fuisse ab Hygino expilatos, indeque epitomen, quam nos habemus, natam esse statuat.

At grammaticos oratione soluta an numeris astricta, ut excerperent, provocatos esse probabilius est? Quare equidem

---

μητρυιὰν ἐρασθεῖσαν αὐτοῦ non ad Pindarum referenda, sed aliunde hausta aut confusa sunt.

12) Alph. Hecker, Commentationum Callimachearum capita duo, Groning 1842; pag. 18.

Bernhardy, Grdr. d. gr. Lit. II, 2 pag. 726 sq.

13) schol. Hom. Il. IX, 193: *Τάμμεω θυγατέρος.*

14) Strab. XVII, 3, 22.

15) Eratosthenica comp. Godofr. Bernhardy, Berolini 1822; pag. 129.

16) *Μυθογραφ.* praef. pag. IX.

17) Neue Jahrbücher für Philologie u. Pädagogik, herausgegeben v. Fleckeisen u. Masius, 1866; pag. 765.

18) Eratosth. Catast. reliq. pag. 34.

19) Opusc. II. pag. 69.

20) ad Lucian. pag. 311.

Digitized by Google

a Bernhardyo[21]) stare malim rato Eratosthenem in carmine Mercurii, cum ab eius dei pueritia initium sumeret, fabulas, quae ad stellas pertinent, enarrasse. Hillerus[22]) ipse, quem Robertus tantopere laudat, Bernhardyum, quoniam caelestia quaedam in illo carmine exposita erant, cum specie quadam probabilitatis disputasse concedit, neque vero sententiam eius amplexus est, quia alterum librum Eratosthenis, quo fabulae ad sidera spectantes continebantur, exstitisse traditur.

At si ludi quidam magister neglecto reliquo ornatu solas stellarum fabulas in usum scholarum excerpsit, nonne huius generis opus, quo quae Eratosthenes de rebus animalibusque inter sidera constitutis persecutus est, referebantur, usus loquendi consuetudine, quam adhuc tenemus, remota fraude Eratosthenis Catasterismos dicere potuit? Hanc autem inscriptionem perverse interpretati posteriorum temporum scriptores ab ipso Eratosthene Catasterismos prosa oratione compositos esse crediderunt, cui simile etiam Eumelo contigisse e Pausania[23]) apparet. Rem si ita esse censemus, et valet testium auctoritas nec nos mira pro certo habere cogimur.

Sed ut ad instituta redeamus, ecce quae in Catasterismis[24]), in Hygini astronomia[25]), in scholiis Arati[26]) Germanicique[27]) de fabula Phrixea Eratosthenica supersunt:

Phrixum et Hellen cum aries a Nephele matre datus mare transportaret, illam in Hellespontum ab ea nominatum deiecit. Helle servata est a Neptuno, cui iuncta filium Paeonem peperit. Phrixum autem aries pontum Euxinum transvectus ad Aeetam regem pertulit, tum vellus aureum sibi ipse detraxit Phrixoque memoriae causa dedit, denique

---

21) Eratosthenica p. 111 sqq.

22) Eratosthenis carminum reliquiae; disp. et expl. Ed. Hiller, Lipsiae 1872; pag. 67.

23) Descr. Gr. II, 1, 1.

24) cap. XIX.

25) II, 20.

26) ad v. 225.

27) schol. Basil. (BP) 79, 18; schol. Sangerm. (G) 142, 20.

Digitized by Google

inter astra abiit, ubi, cum pelle careat, lucem fundit exiliorem.

Robertus[28]) nescio an falso ascripserit Eratostheni alteram quoque fabulae formam, qua in scholiis Arati Germanicique atque apud Hyginum Phrixus arietem Jovi Phyxio immolavisse pellemque eius Aeetae dono dedisse traditur.

Neque Eratosthenis est, quod idem Hyginus ait a Nephele arietis effigiem inter sidera constitutam esse. Ea debentur grammaticis, qui sermonem poëticum vulgari commutaverunt.

At Eratosthenem de fugae causa, quae in Catasterismis silentio praetermittitur, locutum esse et re ipsa et Hygini[29]) verbis adducor ut credam.

Accedit quod Athamanti servam, cui nomen erat Halo, Inonis insidias detulisse Theon[30]) refert, alienum ab omnibus praeter Ovidium[31]) scriptoribus. Nonne grammaticum illum, qui et Lycophronis[32]) et Nicandri[33]) et Apollonii[34]) aliorumque[35]) carmina commentatus est, etiam Eratosthenica in rem suam convertisse putemus?

§. 3.

Carmina, quae et sermone hominum et literarum fide posteritati tradita erant, soluta oratione rettulerunt, qui dicuntur logographi.

---

28) Erat. Cat. reliqu. p. 15.

29) Astron. II, 20: Ino quod tostum severit antè, quae maxime fugae fuit causa.

30) Steph. Byz. s. v. *Ἅλος: πόλις Ἀχαΐας . . . Θέων δέ φησιν, ὅτι Ἅλος θεράπαινα ἦν Ἀθάμαντος ἡ μηνύσασα τὴν Ἰνὼ φρύγειν τὰ σπέρματα, ἧς εἰς τιμὴν τὴν πόλιν ὠνόμασε.*

31) P. Ovidius Naso, ex recogn. Rud. Merkelii, Lipsiae 1877. Fast. VI, 553—556.

32) Steph. Byz. s. v. *Αἴνεια* et *Κίτινα.*

33) Steph. s. v. *Κορόπη.*

34) subscr. schol. Apoll. Rhod.

35) cf. Bernhardy, Grd. d. gr. Lit. II, 564; 720; 728.

Digitized by Google

Quorum inter vetustissimos nominatur **Hecataeus** Milesius, quem circa Olymp. LXV viguisse Suidas auctor est. Scripsit is genealogias exorsus a Deucalione, cuius posteri in Thessalia regnant [1]). In his est Aeolus, pater Athamantis, quo commemorato sortem Phrixi expositam esse manifesto apparet scholiasta Apollonii testante Hecataeum arietem loquentem finxisse [2]).

Alter logographus erat **Acusilaus**, quem inter Ol. LXX et LXXX floruisse C. Muellerus [3]) ex Josephi [4]) et Eusebii [5]) verbis colligit. Sed qui postea eius libri ferebantur, Suidae [6]) spurii esse videntur.

Acusilaus quoque genealogiarum initium fecit a Deucalione, Promethei et Hesiones filio [7]). In cuius enumeranda progenie ubi ventum est ad Athamantem, Phrixi quoque fabulam persecutus pellem arietis auctore Simonide purpura tinctam [8]), filiam autem Aeetae, quae Phrixo nupta Argum peperit, Hesiodum secutus Jophossam dixit [9]).

Olympiade LXXXI sec. Eusebium **Pherecydes** Lerius historicus agnoscebatur. Is libros conscripsit mythologicos, qui modo theogonia modo genealogiae modo Autochthones sive archaeologia attica modo historiae dicuntur [10]). In quorum sexto fabula Phrixea erat relata:

Phrixi noverca, nomine Themisto, frugibus intereuntibus ultro se dedit iugulandam [11]).

---

1) C. Mueller. fr. hist. Gr. I Hec. fr. 334 (schol. Apoll. Rhod. IV, 266).

2) ad I, 256 (fr. 337).

3) Fragm. hist. Gr. I pag. XXXVI.

4) contra Apion. I pag. 1034.

5) Praep. evang. X, 7 p. 478 *AB*.

6) s. v. *Ἑκαταῖος Μιλήσιος, Ἱστορῆσαι, Συγγράφω.*

7) schol. in Hom. Od. X, 2 (fr. 7).

8) schol. Apoll. Rhod. IV, 1147 (fr. 9).

9) schol. Apoll. Rhod. II, 1122 (fr. 8).

10) C. Mueller. frgm. hist. Gr. pag. XXXVI.

11) schol. Pind. Pyth. IV, 288 (fr. 52).

Digitized by Google

Vellus arietis, quem adduxerat mater Nephele [12]) aureum [13]) in insula Phasidis erat collocatum [14]).

Phrixi uxori nomen erat Eueniae [15]), e cuius filiis Argi [16]) et Melae [17]) mentio fit.

Jam Hellanicus Mytilenaeus, qui Pamphilae [18]) „initio belli Peloponnesiaci fuisse quinque et sexaginta annos natus“ videbatur, in primo Deucalioniae libro exorsus a Promethei filio Deucalione, rege Thessaliae [19]), fabulam Phrixeam enarravit. Verum pauca fragmenta exstant:

Athamas habitabat urbem Orchomenum [20]).

Eius liberi cum propter Inonis insidias emigrare cogerentur, Helle periit ad Pactyen [21]).

Vellus arietis in Jovis templo depositum erat [22]).

Herodorus, Socratis aequalis [23]), in describenda Argonautarum expeditione non potuit non attingere quidem fabulam Phrixeam. Tradidit enim Athamantis et Themistonis liberos fuisse Schoeneum, Erythrium, Leuconem, Ptoum, minimos natu autem Phrixum et Hellen [24]); Phrixum e Chalciope, Aeetae filia, in matrimonium accepta cum alios tum Argum procreavisse [25]); hunc reducem in ore Ponti sacra fecisse [26]).

Mira refert, cum Phrixeam fabulam occasione data com-

---

12) schol. German. Sangerm. p. 142, 20.
13) Eratosth. Cat. XIX, Hyg. astr. II, 20 (fr. 53).
14) schol. Apoll. Rhod. III, 1093.
15) schol. Apoll. Rhod. II, 1149 (fr. 54).
16) schol. Apoll. Rhod. I, 4 (fr. 61).
17) schol. Pind. Pyth. IV, 220 (fr. 55).
18) Gellius, Noctes Atticae, XV, 23.
19) schol. Apoll. Rhod. III, 1085 et 1086 (fr. 15).
20) schol. Apoll. Rhod. III, 265.
21) schol. Apoll. Rhod. II, 1144.
22) schol. Apoll. Rhod. II, 404.
23) C. Mueller. Fragm. hist. Gr. II pag. 27.
24) schol. Apoll. Rhod. II, 1144 (fr. 35).
25) schol. Apoll. Rhod. II, 1122 (fr. 36).
26) schol. Apoll. Rhod. II, 532 (fr. 47).

Digitized by Google

memoret, qui dicitur parens historiae, **Herodotus** Halicarnasseus:

Athamas, Aeoli filius, cum Inone necem Phrixo molitus est [27]). Quem eripuit aries una cum Helle sorore. Haec in mare decidit eiusque sepulchrum etiam Xerxis temporibus in Chersonneso monstrabatur [28]). Phrixus autem incolumis pervenit Aeam Colchidis, ubi deposito vellere [29]) Aeetae filiam uxorem duxit exque ea genuit Cytissorum. Interea Achaei ex oraculo Athamantem terram lustrandi causa mactaturi erant, cum Cytissorus in patriam reversus eum morte liberat. Itaque in eius posteros dei ira cecidit [30]). E quibus cum natu maximus curiam introibat, sacrificio destinabatur, quod fuga evitare potuit [31]).

Haec quamvis obscura cum e cultu deorum fluxisse videantur, ad vetustiora tempora pertinent, quam quae epici poëtae libere variata memoriae prodiderunt.

Cytisorum, Phrixi filium, **Ephorus** Cytorum vocavit, unde emporium Sinopensium nomen duxisset [32]).

In **Diodori** Siculi bibliotheca historica [33]) fabulae Phrixeae haec fere forma repperitur:

Phrixus, Athamantis filius, propter novercae insidias cum Helle sorore e Graecia fugit. Quos cum ex deorum consilio aries aureo vellere indutus in Asiam traiceret, puella decidit in mare, quod ab ea Hellespontus appellabatur, Phrixus autem Ponto superato in Colchida pervenit ibique oraculi memor arietis mactati pellem in Martis lucum dedicavit. Postea Aeetae regi praedictum est se vitam finiturum esse, si advenae vellus aureum abstulissent. Itaque qua erat crudelitate, advenas necari iussit, ut hoc metu ab ora Colchorum

---

27) Herod. (erkl. v. Stein, Berlin 1856) VII, 197.
28) VII, 58.
29) VII, 193.
30) VII, 197.
31) Ibidem, cf. schol. Apoll. Rhod. II, 653.
32) Strab. XII, 3, 10.
33) IV, 47.

Digitized by Google

prohiberentur. Lucum vero tauri ignem vomentes, draco vellus custodiebat.

Pausanias quoque interdum hanc fabulam attigit:

Athamas, Aeoli filius[34]), Phrixum et Hellen cum Jovi Laphystio mactaturus esset, aries aureo vellere praeditus a Jove liberis missus est, in quo sedentes aufugerunt[35]). Phrixus ubi ad Colchos pervenit, mactato ariete[36]) receptus ex Aeetae filia Presbonem genuit. Postea hic aut Phrixus ipse in patriam rediit[37]).

Verum Athamas cum famem Orchomeniis non divinitus accidisse nec Phrixi immolandi consilium, sed Inonem privignis insidiatam esse comperisset, eius filium Learchum necavit, ipsa autem cum Melicerta, filio natu minore, in mare se praecipativit[38]).

Quamquam referuntur etiam, quae alii censent, Athamantem amentia raptum hoc facinus commisisse[38]).

Insidias novercae tritici seminibus tostis nixas esse ex eo nescio an colligi possit, quod Epidaurii Spartiatae Inonem panibus hordeaceis colebant[39]).

Quae pauca ad ludibrium e Phrixi fabula Lucianus[40]) affert, haec sunt:

Athamantis Nephelesque liberi, Phrixus et Helle, in aureo ariete sedentes per aërem aufugerunt[41]). Helle decidit in fretum, quod inde nomen habet Hellesponti, corpusque eius in litore sepultum est. Phrixus autem incolumis iter perrexit[42]).

---

34) VII, 3, 6.

35) IX, 34, 5.

36) Laphystio, ut videtur Pausaniae, qui in arce Atheniensi statuam conspexit Phrixi sacrificantis: I, 24, 2.

37) IX, 34, 8. Presbonem quintum ab Epimenide additum esse scholiasta adnotat ad Apoll. Rhod. II, 1122.

38) I, 44, 7.

39) III, 23, 8.

40) Luciani Samosatensis opera ex rec. C. Jacobitz, Lips. 1852/3.

41) de salt. 42; de astr. 14.

42) dial. mar. 9, 1.

Digitized by Google

Restant, si eiecerimus, quae Eudocia pag. 25 rettulit, quia congruunt cum Mich. Apostolii verbis, deinde quae eadem pag. 146 tradidit, quod ad verbum ex Apollonii Rhodii argumento deprompta sunt, tum quae pag. 419 ex his duabus fabulae formis consuit, sex narrationes solutae, quas cum uberiora comprehendant, ut facilius inter se comparari possint, columnis continuis scribamus [43]).

Accuratius intuenti res eo ad maiorem simplicitatem redit.

Tzetzes [44]) Athamantem Thebis regnantem atque Inonem ipsam semina torrentem e Philostephano hausit, vates ex argumento Apollonii Rhodii. Minoris momenti est in incerto relinqui, utrum Phrixus an Helle deis immolandus sit. Verba „εἰς τὸ ὑποκείμενον καταπεσεῖν πέλαγος“ apud Philostephanum, „ἀποπνιγῆναι“ apud Apostolium quoque leguntur. Reliqua Tzetzes Apollodoro debet, cum interdum vel eisdem vocabulis utatur.

Et ipse Zenobius [45]) similia prodit atque Apollodorus [46]). Quamquam ex Apollonii Rhodii argumento Ino nupsisse Nephele mortua, Apollo, ut ambo liberi mactarentur, respondisse narratur. Neque Aeolus aut Inonis filii aut arietis sacrificium aut Phrixi matrimonium stirpsque commemorantur. Deos vero liberis salutem affere tradit eo, quod ineptum fuisset, Nephelen, quam paulo supra mortem obiisse dixerat, denuo viventem inducere.

Philostephanus [47]) quod initio de Nephele et Inone mirum ac singulare refert, quin ex Euripidis tragoedia, quae inscribebatur Ino, mutuatus sit, si contuleris Hygini fabulam IV, vix dubitabis. Quae continuo sequuntur, nisi statuamus multum interesse, utrum semina ab Inone ipsa an eius iussu a mulieribus torreantur,

43) vide tabulam adiunctam I (pag. 34).

44) schol. ad Lycophr. 22 ed. G. Mueller.

45) Paroemiographi Graeci von Leutsch u. Schneidewin, pag. 94 sq. (Cent. IV, 38).

46) I, 9, 1.

47) schol. in Hom. Il. VII, 86.

Digitized by Google

cum Apollodori narratione congruunt. At salutem liberis allatam similiter descripsit atque Apostolius. Cum hac denique fabulam Inonis arctissime coniunxit, cum Athamantem fraude detecta ulciscentem fingeret, necando Learchum filium coniugemque persequendo, donec in mare se praecipitaret.

Has duas fabulas initio seiunctas Zenobius quoque coniungere conatus deos insidias illas ulciscentes facit.

Apud Apollodorum autem et Tzetzam Athamanti Juno furorem iniecit irata, quod Ino Bacchum Semele matre Jovis fulminibus absumpta clam educaverat.

In Apollonii Rhodii argumento Athamas Inonem in matrimonium ducit Nephele mortua, Ino ipsa torret semina, vates convocantur. Eventus ex Apostolii fonte haustus est, sed tam brevibus, ut ad Apollodori descriptionem, quacum reliqua congruunt, prope accedat, nisi forte post „*κατῆλθε κριός*“, quae apud Eudociam [48]) reperiuntur: „[*καὶ*] *ἀπήγγειλεν αὐτοῖς τὸν ἐπηρτημένον κίνδυνον*“ exciderunt.

Unde efficitur narrationes, quas comparavimus, ad duos tantum fontes archetypos revocandas esse, quorum unum Apollodorus, alterum M. Apostolius [49]) integerrime reddidit.

---

48) pag. 146 (Eudociae Augustae violarium ed. Joh. Flach, cap. CCCXLII).

49) Cent. XIII, 46 in edit. Pantiniana, apud Leutschium (Paroemiographi graeci) XI, 58.

Digitized by Google

Ta-

Mich. Apost.	Philosteph.	arg. Apoll. Rh.
Ἀθάμας	Ἀθάμας, ὁ Αἰόλου μὲν παῖς,	Ἀθάμας, υἱὸς Αἰόλου, ἀδελφὸς Κρηθέως, ὡς αὐτός φησιν Ἀπολλώνιος „ἀμφὼ γὰρ Κρηθεὺς Ἀθάμας τ' ἔσαν Αἰόλου υἷες“,
	βασιλεὺς δὲ Θηβῶν, γήμας Ἰνὼ τὴν Κάδμου παῖδας ἔσχε δύο, Λέαρχον καὶ Μελικέρτην. κατὰ Ἥρας δὲ πρόσταγμα ἀποπεμψάμενος τὴν Ἰνὼ καὶ ἐπι-	
ἐκ Νεφέλης δύο παῖδας ἔσχε Φρύξον καὶ Ἕλλην.	γήμας Νεφέλην ἔσχεν ἐξ αὐτῆς δύο παῖδας, Ἕλλην τε καὶ Φρίξον.	ποιεῖ ἐκ Νεφέλης δύο παῖδας Φρίξον καὶ Ἕλλην.
ἀφεὶς οὖν τὴν Νεφέλην θεὰν οὖσαν		τελευτησάσης δὲ ταύτης
θνητῇ γυναικὶ ἐμίγη.	μιγνύμενον δὲ αὐτὸν λάθρα τῇ Ἰνοῖ	γαμεῖ δευτέραν γυναῖκα τὴν Ἰνώ.
ζηλοτυπήσασα οὖν ἡ Νεφέλη ἀπέπτη εἰς οὐρανόν.	κατοπτεύσασα ἡ Νεφέλη ᾤχετο·	
	πάλιν δὲ τῆς οἰκίας ἐπικρατήσασα ἡ Ἰνὼ ἐπεβούλευσε τοῖς τῆς Νεφέλης παισίν· εὑροῦσα δέ τινα μηχανὴν	αὕτη ὡς μητρυιὰ ἐπεβούλευσε τοῖς παιδίοις τοῖς ἐκ τῆς προτέρας γυναικὸς καὶ
	ἔφρυγε τὰ σπέρματα	φρύγουσα τὰ σπέρματα παρεῖχε τοῖς γεωργοῖς πρὸς σπόρον, οἱ δὲ ἔσπειρον μὲν ἐν τῇ γῇ, ἡ δὲ γῆ λαβοῦσα οὐκ ἔφερε τοὺς καρποὺς τοὺς ἐτησίους

Digitized by Google

bula I.

Zenob.	Apollod.	Tzetzes.
Ἀθάμας	Τῶν δὲ Αἰόλου παίδων Ἀθάμας	Ἀθάμας, ὁ Αἰόλου τοῦ Ἕλληνος παῖς,
	δυναστεύων Βοιωτίας	βασιλεὺς δὲ Θηβῶν,
πρότερον γυναῖκα ἐσχηκὼς Νεφέλην δύο παῖδας ἐκ ταύτης Ἕλλην καὶ Φρίξον ἐγέννησεν.	ἐκ Νεφέλης τεκνοῖ παῖδα μὲν Φρίξον θυγατέρα δὲ Ἕλλην.	ἐκ Νεφέλης γεννᾷ Ἕλλην καὶ Φρίξον.
ἀποθανούσης δὲ τῆς Νεφέλης δευτέραν ἠγάγετο γυναῖκα Ἰνώ,	αὖθις δὲ Ἰνὼ γαμεῖ, ἐξ ἧς αὐτῷ Λέαρχος καὶ Μελικέρτης ἐγένοντο.	εἶτα Ἰνὼ γήμας γεννᾷ Κλέαρχον, τὸν παρά τισι Λέαρχον καὶ Παλαίμονα τὸν καὶ Μελικέρτην.
ἥτις ἐπιβουλεύσασα τοῖς τῆς Νεφέλης παισὶ	ἐπιβουλεύουσα δὲ Ἰνὼ τοῖς Νεφέλης τέκνοις	Ἰνοῦς δὲ
παρέπεισε τὰς τῶν ἐγχωρίων γυναῖκας φρύγειν τὰ σπέρματα.	ἔπεισε τὰς γυναῖκας τὸν πυρὸν φρύγειν.	φρυγούσης τὸν πυρὸν
	λαμβάνουσαι δὲ κρύφα τῶν ἀνδρῶν τοῦτο ἔπρασσον·	
ἡ γῆ δὲ πεφρυγμένον τὸν σπόρον δεχομένη καρποὺς ἐτησίους οὐκ ἐνεδίδου.	γῆ δὲ πεφρυγμένους πυροὺς δεχομένη καρποὺς ἐτησίους οὐκ ἀνεδίδου.	

Digitized by Google

Mich. Apost.	Philosteph.	arg. Apoll. Rh.
		διὰ τὸ πεφρύχθαι αὐτοὺς καὶ οὕτως σπαρῆναι.
καὶ τὴν τοῦ ἀνδρὸς χώραν αὐχμῷ ἐκόλαζε.	καὶ δὴ πολλῆς οὔσης ἀκαρπίας ἐν τῇ χώρᾳ	
πέπομφεν οὖν θεωροὺς εἰς Ἀπόλλω Ἀθάμας ἔρεσθαι περὶ τοῦ αὐχμοῦ.	ἔπεμπεν ὁ Ἀθάμας εἰς Πυθὼ θεοπρόπους.	λοιπὸν Ἀθάμας τοὺς μάντεις συναγαγὼν ὡς βασιλεὺς ἐπερωτᾷ τὴν αἰτίαν βουλόμενος μαθεῖν.
ἡ οὖν τούτου γυνὴ θέλουσα Φρύξον καὶ Ἕλλην ἀπολωλέναι	ἡ δὲ Ἰνὼ	ἡ δὲ
πέπεικε διὰ δώρων τοὺς θεωροὺς	συνέπεισε τούτους	πέμπει πρὸς αὐτοὺς δῶρα ἐπαγγελλομένη διδόναι πολλά,
εἰπεῖν Ἀθάμαντι,	τεχνήσασθαί τινα χρησμὸν	ὥστε εἰπεῖν,
ὡς οὐκ ἂν ἄλλως παύσασθαι τὸν αὐχμὸν ἔχρησεν ἡ Πυθία, εἰ μὴ τοὺς τῆς Νεφέλης θύσειε παῖδας.	κατὰ τοῦ Φρίξου, ὡς θῦμα τῆς αὐτοῦ γονῆς προσενεγκὼν ἀπαλλαγήσεται τοῦ δεινοῦ.	εἰ μὴ πρότερον τὰ παιδία τὰ ἐκ Νεφέλης τῆς προτέρας γυναικὸς ἀναιρεθείη, οὐκ ἂν φύσειν τὴν γῆν τοὺς καρπούς.
ἀκούσας οὖν ὁ Ἀθάμας	πυθόμενος οὖν παρὰ τῶν θεοπρόπων ὁ Ἀθάμας τὸ λόγιον	πεισθέντες οἱ μάντεις λέγουσι ταῦτα ὑποστρέψαντες τῷ Ἀθάμαντι.
μεταπέμπεται τοὺς παῖδας ἐκ τῶν ποιμνίων·	μεταπέμπεται ἐκ τῶν ἀγρῶν τὸν Φρίξον·	
	πρόφασιν δὲ ἐκέλευσεν αὐτὸν ἄγειν ὅ,τι κάλλιστον πρόβατον ἐν τοῖς θρέμμασιν εἰς ἱερουργίαν ὑπάρχει. μυθολογεῖται δὲ ὅτι παραγενομένῳ τῷ Φρίξῳ μετὰ τῆς ἀδελφῆς κατά τινος δαίμονος ἐπιφάνειαν	μελλόντων δὲ τῶν παίδων Νεφέλης, Φρίξου καὶ Ἕλλης φονεύεσθαι
εἷς οὖν κριὸς ἀνθρωπίνῃ χρησάμενος φωνῇ λέγει Φρύξῳ καὶ Ἕλλῃ τὰ περὶ τῆς σφαγῆς.	ἀνθρωπίνῃ φωνῇ λαλῆσαι τὸν κριὸν καὶ πᾶσαν αὐτῷ τὴν ἐπιβουλὴν ἀναγγεῖλαι,	κατῆλθε κριός.
	κελεῦσαί τε αὐτῷ μετὰ τῆς ἀδελφῆς	εἶτα
	ἐπικαθίσαι τῷ νώτῳ, ὅπως τὸν ἐπικείμενον κίνδυνον ἐκφυγεῖν δυνηθῶσιν. οὗ καὶ γενομένου λέγεται τὸν κριὸν	ἐπὶ τῶν νώτων λαβὼν εἴσεισιν

Digitized by Google

Zenob.	Apollod.	Tzetzes.
		διὰ τὸ μὴ ἀναφύεσθαι
πέμψας οὖν εἰς Δελφοὺς ὁ Ἀθάμας περὶ τῆς ἀφορίας ἐπυνθάνετο.	διὸ πέμπων ὁ Ἀθάμας εἰς Δελφοὺς ἀπαλλαγὴν ἐπυνθάνετο τῆς ἀφορίας.	
	Ἰνὼ δὲ	
Δώροις δὲ πείσασα Ἰνὼ τοὺς πεμφθέντας ὑπέθετο αὐτοῖς	τοὺς πεμφθέντας ἀνέπεισε	καὶ ὑποθεμένης τοῖς μάντεσι
εἰπεῖν ὑποστρέψασιν ὡς ἀνεῖλεν ὁ θεὸς	λέγειν ὡς εἴη κεχρησμένον	λέγειν Ἀθάμαντι
		διὰ τοῦτο σῖτον μὴ φύεσθαι μηδὲ
Ἕλλην καὶ Φρίξον	παύσασθαι τὴν ἀκαρπίαν,	τὰ λοιπὰ τῶν σπορίμων, ὅτι τῶν τῆς Νεφέλης παίδων
σφαγιασθῆναι, εἰ ἐθέλοιεν ἀπαλλαγὴν τῆς ἀφορίας ἔσεσθαι.	ἐὰν σφαγῇ Διὶ ὁ Φρίξος.	χρεία τοῖς θεοῖς ἕνα τυθῆναι.
πεισθεὶς οὖν ὁ Ἀθάμας	τοῦτο ἀκούσας Ἀθάμας συναναγκαζόμενος ὑπὸ τῶν τὴν γῆν οἰκούντων	Ἀναγκασθεὶς δὲ ὁ Ἀθάμας
Ἕλλην καὶ Φρίξον τῷ βώμῳ παρέστησεν.	τῷ βώμῳ παρέστησε Φρίξον.	Φρίξον παρέστησε τῷ βώμῳ σφαγιάσαι βουλόμενος.
ἀλλ' ἐκείνους μὲν κατοικτείραντες οἱ θεοὶ	Νεφέλη δὲ μετὰ τῆς θυγατρὸς αὐτὸν ἀνήρπασε καὶ παρὰ Ἑρμοῦ λαβοῦσα	Νεφέλη δὲ τὸν Φρίξον καὶ τὴν Ἕλλην ἁρπάζει καὶ παρ' Ἑρμοῦ λαβοῦσα
διὰ τοῦ χρυσομάλλου κριοῦ	χρυσόμαλλον κριὸν ἔδωκεν,	χρυσόμαλλον κριὸν ἔδωκε τοῦτον τῷ Φρίξῳ,

Digitized by Google

Mich. Apost.	Philosteph.	arg. Apoll. Rh.
φευγόντων οὖν τούτων μετὰ τοῦ κριοῦ	μετὰ πολλῆς βίας διὰ μέσου τοῦ ἀέρος ποιήσασθαι τὴν πορείαν,	εἰς τὴν θάλασσαν καὶ οὕτως ἄρχεται κολυμβᾶν.
ἡ μὲν Ἕλλη ἐν τῷ περαιοῦσθαι τὸν ἐν Ἀβύδῳ πορθμὸν	τὴν δὲ Ἕλλην	ἐλθὼν δὲ περὶ τὸ Τρωικὸν πέλαγος
ἀπεπνίγη πεσοῦσα ἀπὸ τοῦ κριοῦ·	μὴ δυναμένην ἀντέχειν καταπεσεῖν εἰς τὸ ὑποκείμενον πέλαγος,	ἀποβάλλει τὴν Ἕλλην,
ὅθεν καὶ ἀπ' ἐκείνης	προσαγορευθῆναι δὲ τοῦτο διὰ τὴν προειρημένην	ὅθεν καὶ ἀπ' αὐτῆς
Ἑλλήσποντος κέκληται.	Ἑλλήσποντον.	Ἑλλήσποντος ὠνομάσθη,
Φρύξος δὲ ἐποχούμενος τῷ κριῷ εἰς τὴν τῶν Κόλχων γῆν περισώζεται,	τὸν δὲ κριὸν κομίσαντα εἰς Κόλχους ἐκ τοῦ πόντου τὸν Φρίξον	τὸν δὲ Φρίξον ἐπὶ τὴν Σκυθίαν διακομίζει.
ἔνθα καὶ τὸν κριόν, ὃς ὑπὸ τῶν θεῶν χρυσόμαλλος γέγονε, θύει τῷ Ἄρει ἢ τῷ Ἑρμῇ.		ἔνθα αὐτὸς σφάζει μὲν τὸν κριὸν καὶ θύει Διὶ Φυξίῳ, ὅτι ἐξέφυγε τὴν ἐπιβουλὴν τῆς μητρυιᾶς,
		γαμεῖ δὲ Χαλκιόπην θυγατέρα Αἰήτου Σκυθῶν βασιλέως καὶ ποιεῖ ἐξ αὐτῆς παῖδας τέσσαρας Ἄργον, Κυτίσσωρον Μέλανα, Φρόντιν,
	τελευτῆσαι.	καὶ οὕτως ἐκεῖσε τελευτᾷ.
καὶ κατοικήσας αὐτόθι τοὔνομα καταλέλοιπε τῷ τόπῳ· ἐκ τούτου γὰρ ἡ Φρυγία οὕτως ἐκλήθη.		
Ἀθάμαντα δὲ ἡ Νεφέλη δίκην αὐτῇ δώσειν	τὸν δὲ Ἀθάμαντα πυθόμενόν φασιν ἕκαστον τῶν	

Digitized by Google

Zenob.	Apollod.	Tzetzes.
	ἐφ' οὗ φρόμενοι	ἐφ' οὗ φερομένων
ἐναερίους ἀφήρπασαν, ὅθεν	δι' οὐρανοῦ γῆν ὑπερέβησαν καὶ θάλασσαν.	διὰ τοῦ ἀέρος αὐτοῦ τε καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀδελφῆς, τῆς Ἕλλης,
Ἕλλη μὲν	ὡς δὲ ἐγένοντο κατὰ τὴν μεταξὺ κειμένην θάλασσαν Σιγείου καὶ Χερρονήσου,	συνέβη τὴν Ἕλλην
ἀντέχειν μὴ δυναμένη εἰς τὸν	ὤλισθεν εἰς τὸν βυθὸν ἡ Ἕλλη	εἰς τὸ ὑποκείμενον καταπεσεῖν πέλαγος καὶ ἀποπνιγῆναι
ἀπ' ἐκείνης κληθέντα	κἀκεῖ θανούσης αὐτῆς ἀπ' ἐκείνης	καὶ ἀπὸ ταύτης κληθῆναι
Ἑλλήσποντον καταπίπτει.	Ἑλλήσποντος ἐκλήθη τὸ πέλαγος.	Ἑλλήσποντον.
Φρίξος δὲ εἰς τὴν Κολχικὴν διασώζεται γῆν.	Φρίξος δὲ ἦλθεν εἰς Κόλχους,	Φρίξος δὲ ἧκεν εἰς Κόλχους
	ὧν Αἰήτης ἐβασίλευε παῖς Ἡλίου καὶ Περσηίδος, ἀδελφὸς δὲ Κίρκης καὶ Πασιφάης, ἣν Μίνως ἔγημεν. οὗτος αὐτὸν ὑποδέχεται καὶ μίαν τῶν θυγατέρων Χαλκιόπην δίδωσιν.	
	ὁ δὲ τὸν χρυσόμαλλον κριὸν Διὶ θύει Φυξίῳ,	καὶ θύει ἐκεῖ τὸν κριὸν Φυξίῳ Διί·
	τὸ δὲ τούτου δέρας Αἰήτῃ δίδωσιν· ἐκεῖνος δὲ α τὸ περὶ δρῦν ἐν Ἄρεος ἄλσει καθήλωσεν.	τὸ δὲ δέρας Αἰήτης ἐν Ἄρεος ἄλσει καθήλωσε περί τινα δρῦν, ὃ μυθεύεται φυλάττειν τὸν Δράκοντα.
		Φρίξος δὲ λαβὼν Χαλκιόπην τὴν Αἰήτου
	ἐγένοντο δὲ ἐκ Χαλκιόπης Φρίξῳ παῖδες Ἄργος, Μέλας, Φρόντις, Κυτίσωρος.	γεννᾷ Ἄργον, Μέλανα, Κάτιν, Φρόντιν, Σῶρον καὶ Ἕλλην.
Ἀθάμαντι δὲ	Ἀθάμας δὲ ὕστερον διὰ μῆνιν Ἥρας	ὕστερον δὲ Ἀθάμας μήνιδι Ἥρας ὅτι

Digitized by Google

Mich. Apost.	Philosteph.	arg. Apoll. Rh.
διὰ τοὺς παῖδας πεποίηκε· προσαχθεὶς οὖν στεφανηφορῶν ἐνὶ τῷ βώμῳ τοῦ Διὸς σφαγησόμενος ὑπὸ Ἡρακλέους σέσωσται.	συντεθέντων ὑπὸ τῆς Ἰνοῦς, μὴ φείσασθαι μηδὲ τῶν ἐξ αὐτῆς γενομένων αὐτῷ παίδων, ἀλλ' αὐτοχειρὶ μὲν ἀποκτεῖναι Λέαρχον, ἐπιδιῶξαι δὲ μετὰ ξίφους καὶ τὴν Ἰνώ. τὴν δὲ καταλαμβανομένην σωτηρίαν ἐπισπάσασθαι, σὺν τῷ υἱεῖ ῥίψασαν ἑαυτὴν εἰς τὴν θάλασσαν.	

§. 4.

Fabula Phrixea, in qua cum epici lyricique poëtae tum historici ac mythographi libentissime versabantur, etiam tragoediarum scriptoribus argumenta praebuit.

Et huc quidem spectant Sophoclis Athamas α' et Phrixus, Euripidis Phrixus α' et β'.

Sophoclei Athamantis argumentum Mich. Apostolius et ex parte scholiasta Aristophanis, ut ipsi profitentur, conservaverunt [1]).

Nephele abacta cum Athamas mortali mulieri se iunxisset, terram siccitate multavit. Legatis ob eam rem Delphos missis regis uxor persuasit, ut, nisi Athamas Nepheles liberos sacrificavisset, siccitati non fore finem Pythiam respondisse referrent. De quo periculo per arietem humana voce utentem certiores facti Phrixus et Helle aufugerunt, quorum haec periit, ille in Colchorum terram pervenit. Athamas vero Nephele liberorum rationem reposcente iam stabat ad aram Jovis, ut mactaretur, cum Hercules supervenit regemque morte liberavit.

1) M. Apost. XI, 58 L (XIII, 46 P) et schol. Ar. Nub. v. 258; Suid. s. v. Ἀθάμας; cf. F. G. Welcker, die griechischen Tragödien mit Rücksicht auf den epischen Cyklus geordnet; Bonn 1839; I p. 319—323.

Digitized by Google

Zenob.	Apollod.	Tzetzes.
	καὶ τῶν ἐξ Ἰνοῦς ἐστερήθη παίδων. (III, 4, 3, 4) ὁ δὲ (Ἑρμῆς) κομίζει (Διόνυσον) πρὸς Ἰνὼ καὶ Ἀθάμαντα καὶ πείθει τρέφειν ὡς κόρην.	τὸν Διόνυσον ὡς κόρην ἀνέτρεφε,
μανίαν ἐμβαλόντες Ἰνὼ τοιαῦτα παθεῖν παρεσκευάσαν.	ἀγανακτήσασα δὲ Ἥρα μανίαν αὐτοῖς ἐνέβαλε κτλ.	λαβὼν παρ' Ἑρμοῦ, καὶ τῶν ἐξ Ἰνοῦς ἐστερήθη παίδων. . .

Intellegitur mira similitudo intercedere inter hanc et Herodoti narrationem. Nec veri dissimile est Sophoclem ab historico, quo familiariter utebatur, illa mutuatum esse, nisi quod temporum ratione commotus Cytisori loco Herculem Athamanti salutem finxit afferentem.

Loquentem cum unus e vetustioribus historicis induxerit Hecataeus arietem, Sophocles ut huic debeat, fieri potest.

Quoniam igitur Apostolium Sophoclea reddidisse constat, Apollodori narrationem ad alterum poëtam tragicum referemus. At tradidit tertiam fabulae formam Hyginus [2]):

Phrixus sua sponte se pro civitate moriturum esse promittit, sed servatur per famulum insidias deferentem.

Quid igitur de duabus fabulis faciamus? Cum inter se multum discrepent, eas male confert Hartungius [3]) ad Phrixum Euripidis restituendum. Sane quae exstant, fragmentis indicari videtur Welckerum [4]) recte ex Hygini fab. II et III huius tragoediae argumentum quaesivisse:

Senex gentis Cadmeae servus [5]) ab Inone corruptus fal-

2) fab. II et III.

3) Euripides restitutus II pag. 143—148.

4) Die griechischen Tragödien II, pag. 611—615.

5) Athen. VI, p. 264 C (fr. 827 sec. Nauck. Trag. Graec. fragm.): λάτρις πενέστης ἀμὸς ἀρχαίων δόμων.

Digitized by Google

sum dei Delphici responsum refert famem desituram non esse [6]) prius, quam Phrixum rex immolaverit. A qua impietate Athamas cum abhorreat [7]), Ino quae non novercali odio [8]), sed reipublicae cura se ardere simulet, varie agere incipit, ut oraculo satisfiat [9]). Tunc Phrixus ultro se morti offert [10]). Jam stat ad aram [11]), cum servus misericordia captus ac poenitentia insidias reginae patefacit [12]). Ino capitis damnatur [13]).

6) Etym. Magn. p. 714, 21 (fr. 824):
καὶ μὴν ἀνοῖξαι μὲν σιροὺς οὐκ ἠξίου.

7) Just. Martyr. vol. I p. 134 (fr. 829):
εἰ δ' εὐσεβὴς ὢν τοῖσι δυσσεβεστάτοις
εἰς ταὔτ' ἔπρασσον, πῶς τάδ' ἂν καλῶς ἔχοι;
ἢ Ζεὺς ὁ λῷστος μηδὲν ἔνδικον φρόνει;

8) Stob. flor. 73, 35 (fr. 821):
ὡς ὑγιὲς οὐδέν φασι μητρυιὰς φρονεῖν
νόθοισι παισίν, ὧν φυλάξομαι ψόγον.

9) Etym. Magn. p. 410, 45 (fr. 823):
δι' ἐλπίδος ζῇ καὶ δι' ἐλπίδος τρέφου.
Stob. flor. 43, 4 (fr. 825):
αἱ γὰρ πόλεις εἴσ' ἄνδρες, οὐκ ἐρημία.
Stob. flor. 8, 7 (fr. 826):
ἀνὴρ δ' ὃς εἶναί φησιν, ἄνδρ' οὐκ ἄξιον
δεῖλον κεκλῆσθαι καὶ νοσεῖν αἰσχρὰν νόσον.

10) Stob. floril. 120, 18 (fr. 830):
τίς δ' οἶδεν εἰ ζῆν τοῦτ' ὃ κέκληται θανεῖν,
τὸ ζῆν δὲ θνήσκειν ἐστί; πλὴν ὅμως βροτῶν
νοσοῦσιν οἱ βλέποντες, οἱ δ' ὀλωλότες
οὐδὲν νοσοῦσιν οὐδὲ κέκτηνται κακά.

11) Phot. Lex. p. 478, 3 (fr. 833):
πώγωνα πυρός.

12) Stob. flor. 62, 39 (fr. 828):
πολλοῖσι δούλοις τοὔνομ' αἰσχρόν, ἡ δὲ φρὴν
τῶν οὐχὶ δούλων ἔστ' ἐλευθερώτερα.
Stob. Ecl. I, 3, 15 p. 110 (fr. 832):
ὅστις δὲ θνητῶν οἴεται τοὐφ' ἡμέραν
κακόν τι πράσσων τοὺς θεοὺς λεληθέναι,
δοκεῖ πονηρὰ καὶ δοκῶν ἁλίσκεται,
ὅταν σχολὴν ἄγουσα τυγχάνῃ Δίκη,
τιμωρίαν ἔτισεν ὧν ἦρξεν κακῶν.

13) Stob. flor. 122, 9 (fr. 831):

Digitized by Google

Atqui duplicem recensionem Phrixi commemorant scholiasta Aristophanis [14]) et Tzetza [15]). Schneidewinus [16]) quidem nil nisi prologum in altera recensione novatum fuisse existimat. Sed et spectatores et ipsum Euripidem offensos esse putandum est, quod in priore recensione, quam Hyginus reddidit, Phrixus et Helle, etsi vita eorum fraude Inonis patefacta non iam periclitatur, sine ulla causa e patria fugiunt. Quid igitur potuit antiquius habere poëta, quam ut tragoediam suam vitiis sublatis expoliret, unde Apollodori narrationem manavisse suspicor.

Sed et Sophocles tragoediam, quae inscribitur Phrixus, composuit, cuius tamen paucae reliquiae supersunt. Welckerus huius fabulae argumentum repperisse sibi visus est in iis, quae de incesto novercae vel patrui coniugis erga Phrixum amore scholiasta Pindari [17]) et Hyginus [18]) referunt.

Vix autem dubium est, quin Ribbeckius [19]) eam fabulam imitatione Hippolyti Euripidei effictam ideoque a posteriorum temporum tragico poëta conscriptam esse recte contenderit.

Urlichs [20]) in hac tragoedia Phrixi in Colchida adventum propositum esse coniecit, quam sententiam Welckerus improbavit, quod in iis, quae Apollodorus et Apollonius de hac re memoriae prodiderunt, nihil inveniri possit, quod in scena agatur.

καὶ γὰρ πέφυκε τοῦτ᾽ ἐν ἀνθρώπου φύσει·
ἢν καὶ δίκῃ θνήσκῃ τις, οὐχ ἧσσον ποθεῖ
πᾶς τις δακρύειν τοὺς προσήκοντας φίλους.

14) ad v. 1225: *τοῦ δευτέρου Φρίξου ἡ ἀρχή.*

15) eodem de loco: *Σιδώνιον ποτ᾽ ἄστυ· δευτέρου Φρίξου τοῦτό τινες ἀρχὴν εἶναι λέγουσι, ψεύδονται δέ, τοῦ γὰρ πρώτου Φρίξου τοῦτό ἐστιν ἀρχή κτλ.*

16) Philol. III. p. 533.

17) ad Pyth. IV, 288; cf. Welcker, Griech. Trag. I, p. 317—319.

18) astron. II, 20; cf. Welcker, Griech. Trag. I, p. 317—319.

19) Die Römische Tragödie.

20) Achaei quae supersunt p. 40.

Digitized by Google

Sed ex Diodoro [21]) et Hygino [22]) hoc argumentum elicitur, quod ut Sophocleum sit, fieri posse quis neget:

Phrixus postquam in terram Colchorum advenit, primum se in occulto continere vult, sed repertus ad regem ducitur, cui quae sibi acciderint, narrat. Aeeta more barbarorum preces filiae Chalciopes aversatus eum mactaturus est, cum Phrixo quidem parcere, arietem autem immolare iubetur a deo [23]) vaticinante, quamdiu vellus arietis in Martis templo sit, tamdiu Aeetam esse regnaturum. Ita Phrixus morte liberatus hospitioque receptus Chalciopen in matrimonium accipit.

Cap. II.

§. 1.

Jam vero ad Romanorum scriptores transeamus.

Atque de tragicis quidem poëtis Accius in fabula Phrixea versatus tragoediam composuit, quae Athamas inscribitur. Cuius argumentum Ribbeckius Hygini astronomiae libri alterius capite XX continere arbitratur. At est verisimile Accium neglectis, quae huc spectant, Sophoclis Euripidisque tragoediis fabulam ignoti cuiusdam posteriorum temporum poëtae contaminatam latine vertisse? Quod ut statuamus, nec Ribbeckii ratiocinatione neque ipsis fragmentis cogimur. Immo quae exstant, omnia explicari queunt, si Welckero [1]) Sophoclis Athamantem α′ ab Accio redditum esse rato assentimur:

Ut sterilitatem a Nephele illatam removeat, Athamas ad Apollinem Delphicum nuntium mittit, cui Ino Cadmeae genti iam dudum obnoxio,

---

21) IV, 47 vide pag. 30.
22) fab. III et XXII init.
23) Conferas, quos supra p. 22 adn. 50 citavi Apollonii versus.
1) Gr. Trag. I, pag. 323.

Digitized by Google

„beneficiis hostimentum peperisti et grave“ [2])
ut falsum referat oraculum persuadet.

Athamas autem, ut res foris tranquillae sint, parricidio se animum inquinaturum esse negat:

„hostem ut profugiens inimici invadam in manus?“ [3])
Ino civium eum admonet indignantium:

„a dubito quid agis; cave ne in turbam te implices.“ [4])
Ab uxoris immanitate rex abhorret: Moriar, inquit,

„priusquam infans facinus oculi vescuntur tui.“ [5])

Tandem convictus Phrixum sacrificio destinat, hunc autem aries aufert. Tum Nephele rationem exigit. Athamas culpae sibi conscius mortem non recusat:

„cuius sit vita indecoris mortem fugere turpem haut convenit.“ [6])
Intellegitur se misericordia indignum esse:

„atque ita de illis merui, ut iure haec nunquam miserarent mala.“ [7])
Postremo ab Hercule liberatur, cui et ipsi se praestat poenitentem:

„veritus sum arbitros atque utinam memet possim obliviscier!“ [8])

§. 2.

Non modo Graecorum, sed etiam Romanorum poëtae lyrici Phrixi Hellesque sortes ad exornanda carmina convertere sciverunt.

Velut Sextus Propertius se vidisse ait „in somnis fracta“ amicam „carina

2) Non. 315, 18 (fr. VI sec. Ribbeck. Tragicorum latinorum reliquiae, Lipsiae 1871).

3) Non. 324, 1 (fr. IV).

4) Non. 524, 25 (fr. III).

5) Non. 56, 12 (fr. I).

6) Non. 489, 1 (fr. V).

7) Non. 470, 22 (fr. VII).

8) Non. 500, 1 (fr. II).

Digitized by Google

Jonio lassas ducere rore manus . . .
nec iam humore graves tollere posse comas,
qualem purpureis agitatam fluctibus Hellen,
aurea quam molli tergore vexit ovis.
quam timui ne forte tuum mare nomen haberet,
teque tua labens navita fleret aqua!" [1])

Vocabulum ovis, quod arietis loco cum hic tum Ovidius [2]) metri causa adhibebat, utrumque genus comprehendisse videtur.

P. Ovidius Naso Sulmonensis fabulam Phrixeam continuam persecutus est fast. III, 853—876. Sed aliis quoque locis nonnulla immiscuit orationis illustrandae gratia. Unde haec fere fabula componitur:

Athamas, Aeoli filius [3]), ex Nephele genuit Phrixum et Hellen [4]). Postea Inonem duxit uxorem [5]), Cadmi filiam [6]). Haec privignis inimica [7]) agricolis semina tosta dedit [8]).

---

1) III, 26, 1 sq. 4 sqq. sec. Mor. Haupt: Catullus, Tibullus, Propertius; Lipsiae, 1853.

2) fast. III, 852; ep. her. VI, 104; XII, 8; XVII, 144.

3) metam. IV, 512: Aeolides.

4) ep. her. XVII, 137:
fluctibus immodicis Athamantidos aequora canent.
ep. her. XVIII, 123:
forsitan ad pontum mater pia venerit Helles
mersaque roratis nata fleatur aquis.
ibidem 128: hac Helle periit.
ibidem 163:
nam cur huc vectis Phrixo Phrixique sorore
sola dedit vastis femina nomen aquis?
met. XI, 195: pontum Nepheleïdos Helles.

5) met. IV, 420:
aspicit hanc natis thalamoque Athamantis habentem
sublimes animos.

6) fast VI, 553: Cadmeï.

7) ep. her. XVIII, 125:
an mare ab inviso privignae nomine dictum
vexat in aequoream versa noverca deam?

8) ars am. III, 175:
ecce, tibi similis, quae quondam Phrixon et Hellen
diceris Inois eripuisse dolis.

Digitized by Google

Quae cum sparsa non enascerentur, ad Apollinem Delphicum missus est, qui sterilitatis remedium ex eo quaereret. Sed is corruptus nuntiavit deum poscere, ut Phrixus et Helle immolarentur. Quod ne faceret, diu recusavit Athamas, sed temporibus coactus et a civibus Inoneque compulsus denique concessit. Phrixum et Hellen iam vittatos ad aram stantes gementesque sortem miseram cum mater, quae tunc forte praetervolabat, aspexisset, attonita nubibus velantibus in urbem descendit liberisque inde ereptis tradidit arietem, Neptuni Theophanesque filium [9]), aureo vellere ornatum [10]), qui eos maria traduceret. Sed Helle, quia male cornu tenuerat, in mare decidit [11]), quod ab ea Hellespontus appel-

---

fast. II, 628:
quae ruricolis semina tosta dedit.
fast. VI, 556:
comperit agricolis semina tosta dari.

9) met. VI, 117: (Neptune)
aries Bisaltida fallis.

10) ep. her. VI, 103:
non haec Aesonides, sed Phasias Aeetine
aurea Phrixeae terga revellit ovis.
ep. her. XVII, 143:
invideo Phrixo, quem per freta tristia tutum
aurea lanigero vellere vexit ovis.
ars am. III, 335:
dictaque Varroni fulvis insignia villis
vellera germanae, Phrixe, querenda tuae.
ep. her. VI, 49: aries villo spectabilis aureo.
met. VI, 720:
vellera cum Minyis nitido radiantia villo
per mare non notum prima petiere carina.

11) trist. I, 10, 27:
quaque per angustas vectae male virginis undas
Seston Abydena separat urbe fretum.
trist. III, 12, 3:
impositamque sibi qui non bene pertulit Hellen,
tempora nocturnis aequa diurna facit.
fast. IV, 715:
de duce lanigeri pecoris, qui prodidit Hellen,
sol abit.

Digitized by Google

latur [12]). Phrixus dum manibus porrectis lapsae sorori succurrere vult, et ipse paene periit. Quam cum Neptuno se iunxisse ignoraret, valde eius mortem maeruit. Ipsum aries incolumem in Colchida pertulit et vellere ibi detracto sidus fit.

Quae si cum Graecis contulerimus, Ovidium praeter pauca admixta vel mutata eandem fere quam Apollodorum fabulam tradere inveniemus. Qui si, uti suspicatus sum, revera Euripidis Phrixi β' argumentum refert, coniecerit aliquis Ovidium ex Euripide hausisse. Sed haud scio an hoc falsum sit. Nam et Eratosthenes cum Apollodoro congruit, nisi quod et Helles cum Neptuno matrimonium et arietem inter astra collocatum addidit. Quod utrumque cum apud Ovidium quoque legatur, mihi probabile videtur Eratosthenem Ovidii fontem fuisse. Confirmatur haec opinio eo, quod uterque a serva Inonis fraudem patefactam esse ait [13]).

Martialis [14]) Ovidii spectat fabulam Phrixeam:

Phrixum, Athamantis Aeolo geniti filium, Thebanum [15]),

---

12) trist. I, 10, 15:
quae simul Aeoliae mare me deduxit in Helles.
fast. IV, 278:
longaque Phrixeae stagna sororis adit.
ep. her. XVII, 139:
hoc mare, cum primum de virgine nomina mersa,
quae tenet, est nanctum, tale fuisse puto.
et satis amissa locus hic infamis ab Helle est,
utque mihi parcat, nomine crimen habet.

13) vide pag. 27; cf. Plutarch. Camill. V.

14) M. Val. Martialis epigrammaton libri, ed. F. G. Schneidewin, Lipsiae 1853.

15) VIII, 51, 9: stat caper Aeolio Thebani vellere Phrixi
cultus: ab hoc mallet vecta fuisse soror.
conf. XIV, 211; VI, 3, 6.

Digitized by Google

una cum sorore avexit aries aureo vellere praeditus [16]). Hellen prodidit [17]). Inter sidera collocatus est [18]).

§. 3.

Ex epicis P. Papinius Statius [1]) lyricorum more, ut ornatum afferret orationi, et Phrixi ab ariete aurea pelle ornato in Asiam translati et Helles in mare ab ea nominatum delapsae Neptunoque iunctae occasione data mentionem iniecit [2]).

Phrixi sortes cum veteribus Argonautarum expeditionis causa esse viderentur, ne Valerio quidem Flacco [3]) silentio praeterire licuit. Quae is et oblata occasione attigit et Orpheum contexte recitantem fecit, haec sunt:

Athamas, Aeoli filius Cretheique frater [4]), habuit ex Nephele dea [5]) duos liberos Phrixum et Hellen, ex Inone

---

16) VIII, 28, 19: non Athamanteo potius me mirer in auro,
Aeolium dones si mihi, Phrixi, pecus.

17) IX, 71, 7: quid meruit terror Nemees, quid proditor Helles,
ut niteant celsi lucida signa poli?

18) X, 51, 1: sidera iam Tyrius Phrixei respicit agni
taurus.

1) P. Papinii Statii Thebais et Achilleis cum scholiis rec. O. Mueller. Vol. I, Lipsiae 1870.

2) Theb. II, 281: dirum Phrixei velleris aurum.
Theb. VI, 542: Phrixei natat hic contemptor ephebus
aequoris.
Achill. I, 23: qua condita ponto
fluctibus invisis iam Nereïs imperat Helle.
Achill. I, 28: fervent coëuntia Phrixi
litora.
Achill. I, 409: Phrixi qua semita iungi
Europamque Asiamque vetat.

3) C. Valerii Flacci Argonauticon libros octo ed. N. E. Lemaire; Parisiis 1824.

4) V, 477: ipse egomet proprio de sanguine Phryxi,
nempe mihi Cretheus, ambobus at Aeolus auctor.

5) VII, 136: sidereo nostri de sanguine Phryxi.

Digitized by Google

Learchum [6]). Insidiis noverca effecit [7]), ut Athamas Phrixum [8]) et Hellen [9]) ad aram duci iuberet sacrificandos. Sed Nephele natis arietem misit [10]) aureo vellere vestitum [11]), in quo sedentes aufugerunt [12]). Septem diebus totidemque noctibus pervenerunt ad fretum, quo Abydus Sestusque distinentur [13]). Ibi Helle in mare delapsa [14]), cui ab ea nomen

---

6) I, 280: Inoo linquens Athamanta Learcho.

7) I, 287: heu saevae nequidquam erepta novercae!
I, 521: Inoas ultor nec venit ad aras.
V, 189: saevae formidine moesta novercae.

8) I, 41: nostri de sanguine Phryxus
Cretheos ut patrias audisti effugerit aras
I, 278: ut steterit redimitus tempora vittis
Phryxus et iniustas contectus nubibus aras
fugerit. } Conf. Ov. fast. III, 861 sqq.

9) VII, 57: aut ego cum vittis statui feralibus Hellen?

10) I, 56: pecoris Nephelaei vellera.

11) I, 281: aureus ut iuvenem miserantibus intulit undis
vector, et astrictis ut sedit cornibus Helle.
I, 346: humeros ardentem vellere.
V, 201; 434 sq.: aurea vellera.
V, 491: auratae pecudis.
V, 554; VIII, 42; 131 sq.: aurea terga.
VII, 30 sq.: aurea pellis.
VII, 54: scilicet Aeoliae pecudis poteretur ut auro.
VIII, 79: ille haud Aeolio discedere fessus ab auro.
VIII, 122: villisque comantem
sidereis totos pellem nunc fundit in artus.
VIII, 258: inque sui sternuntur velleris auro.

12) I, 327: Colchos
unde ego et avecti timuissem vellera Phryxi?
I, 520: profugo quin agmina iungere Phryxo
abnuit.
IV, 556: dum profugi non sperat vellera Phryxi.

13) I, 283: septem Aurora vias, totidemque peregerat umbras
Luna polo; dirimique procul non aequore visa
coeperat a gemina discedere Sestos Abydo.

14) I, 286: hic soror Aeoliden, aevum mansura per omne,
deserit.

Digitized by Google

Hellesponto inditur[15]), in marinorum numero habebatur deorum[16]). Quod cum ignoraret[17]), magno affectus dolore[18]) Phrixus ubi tandem ad Colchos perlatus est[19]), vellus aureum in luco Martis[20]) e quercu[21]) vel orno[22]) suspendebat[23]),

288: illa quidem fessis longe petit humida palmis
vellera, sed bibulas urgenti pondere vestes
unda trahit, levique manus labuntur ab auro.
VII, 38: non te aequore mersum
quo soror.

15) II, 587: angustas quondam sine nomine fauces.
I, 537: virginis aequor ad Helles.
II, 630: terra sinu medio Pontum iacet inter et Hellen.
III, 7: per angustae . . freta . . Helles.
At II, 586 invenias etiam „Phryxea aequora".

16) I, 50: magni numen maris excitat Helle.
II, 613: diva.
V, 200: diva maris.

17) Namque Argonautas demum id fratris cineri nuntiare iubet Helle ex undis emersa II, 601:

cinerique, precor, mea reddite dicta:
„Non ego per Stygiae, quod rere, silentia ripae,
frater, agor; frustra vacui scrutaris Averni,
care, vias; neque enim scopulis me et fluctibus actam
frangit hiems; celeri extemplo subiere ruentem
Cymothoe Glaucusque manu; pater ipse profundi
has etiam sedes, haec numine tradidit aequo
regna, nec Inois noster sinus invidet undis".

18) I, 291: quis tibi, Phryxe, dolor, rapido quum concitus aestu
respiceres miserae clamantia virginis ora
extremasque manus, sparsosque per aequora crines!

19) I, 391: Phryxeos . . Colchos.

20) I, 528: qui vellera dono
Bellipotens sibi fixa videt.
V, 630: vellera sacra meis sperantem avertere lucis.
V, 638: nemus auriferum.
VIII, 100: iam nulla videbis
vellera, nulla tua fulgentia dona sub umbra.

Pro luco templum quoque dicitur:
V, 633: nostra ut Phryxeo spolientur templa metallo.

Digitized by Google

ad quod custodiendum appropinquantibus iam Argonautis draco pervigil Martis impulsu apparuit [24]). Aries ipse inter astra collocatus est [25]).

V, 641: an Martia templa
intemeranda minus?
VIIJ, 438: quis (credidit te) ad saevi venturum templa draconis?

21) V, 229: at vellera Martis in umbra
ipse sui Phryxus monumentum insigne pericli
liquerat, ardenti quercum complexa metallo.
V, 251: tu quoque, sacrata rutilant cui vellera quercu,
excubias, Gradive, tene!

22) VII, 169: ingenti solvat ab orno.
VII, 535: caeruleis squalentem nexibus ornum.
VIII, 113: aeream quamvis perfertur ad ornum,
cuius adhuc rutilam servabant brachia pellem.

23) V, 204: dives ubi pellis micet arbore sacra.
VIII, 110: aurigerae caput arboris.
VIII, 118: longosque sibi gestata per annos
Phryxeae monumenta fugae vix reddidit arbo.

24) V, 254: vix ea, Caucaseis quum lapsus montibus anguis,
haud sine mente dei, spiris nemus omne refusis
implicuit.
I, 60: tantoque silet possessa dracone
vellera.
II, 382: vigilemque alium spoliare draconem.
V, 528: quod vellera poscat ab angue.
VII, 165: quin illa sacro, quo freta, veneno
illum etiam totis adstantem noctibus anguem,
qui nemus omne suum, quique aurea (respice porro)
vellera tot spiris circum, tot ductibus implet,
tollat.
VII, 517: et quis in Aeolio maneat te vellere custos.
519: saevior ingenti Mavortis in arbore restat,
crede, labor.
VII, 523: protinus immensis recubantem anfractibus anguem.
536: ipsaque pervigilis calcantem lumina monstri.
VIII, 75: Phryxeae pecudis fidissime custos.

25) V, 228: magnoque aries apparuit astro.

Digitized by Google

Colchorum rex Aeeta Phrixum benigne recepit [26]) eique Chalciopen [27]) in matrimonium dedit [28]), quae peperit quattuor filios: Phrontin, Argum, Melam, Cytisorum [29]). Phrixus senex e vita decessit et in Colchide sepultus est [30]).

Collatis Apollonio Valerioque inter utrumque complura satis discrepare apparet, quae poëta latinus cum alios tum Ovidium secutus commutavit.

---

26) V, 525: quin et facili sibi mente receptum
iam Phryxum dolet.

27) VI, 479: Chalciopen imitata sono formaque sororem.

28) I, 522: imperii sed parte virum nataeque moratus
coniugio videt e graia nunc stirpe nepotes.
VII, 38: Phryxe gener!

29) V, 501: iamque tibi nostra geniti de stirpe nepotes.
VI, 542: Aeolii proles Aeetia Phryxi.
V. 461: tum Phrontis et Argus
Aeolidae fraterque Melas, quos advena Phryxus
progenuit, pariterque levi Cytisorus in hasta.

30) V, 225: Scythica senior iam Solis in urbe
fata laborati Phryxus compleverat aevi.
V, 186: tumulumque virentia supra
flumina cognati medio videt aggere Phryxi.

Cum Phrixus mortuus Aeetae vellere ablato regnum ademptum iri praedicat, V, 233:

socerumque exteruit ingens
prodita vox: „O qui patria tellure fugatum
quaerentemque domos, his me considere passus
sedibus, oblata generum mox prole petisti!
tunc tibi regnorum labes luctusque supersunt,
rapta soporato fuerint quum vellere loco.“

Pelias ipse finxisse videtur, quae Jasoni de illo inter epulas trucidato narrat I, 43:

Hunc ferus Aeetes, Scythiam Phasinque rigentem
qui colit, (heu magni Solis pudor!) hospita vina
inter et attonitae mactat solemnia mensae.

Digitized by Google

§. 4.

Reliquum est, ut de mythographis latinis[1], quorum narrationes et ipsas columnis continuavi[2], dicendum esse videatur.

Hygini fabula secunda et tertiae initio argumentum Phrixi α′ Euripidei contineri iam supra vidimus[3].

In fab. 188 idem narrat Neptunum Theophanen Bisaltidis filiam in ovem, se in arietem commutavisse exque ea arietem Chrysomallum procreavisse, qui ad Colchos Phrixum tulit.

In Mythographi Vaticani I lib. I cap. 23 duplex fabulae forma invenitur. Prior prope ad verbum ex Hygini fab. III initio transcripta, altera ex Hygini fab. II et III atque e Philostephano conglutinata est, quibus id tantum de suo adiunxit, Phrixum, ut fugeret, Junonis instinctu admonitum esse.

Inde Mythographus Vaticanus II[4] unam fabulam fecit omissis iis, quae ex Philostephano hausta sunt quaeque Phrixo in Colchide acciderunt.

Placidus Lactantius ad Statii Theb. V, 475 prooemium e Myth. Vat. I, reliqua e Vaticano II mutuatus est.

Quae idem ad Theb. II, 281 enarrat, eorum pleraque e

---

1) Hygini fabulae. ed. Bernh. Bunte, Lipsiae; ed. Mauricius Schmidt, Jenae 1872.
Scriptores rerum myth. latini III, ed. G. H. Bode, Celle 1834.
Scholia Statii cum perspicere vellem, impetrare nequivi nisi opus a Petro Bergomensi MCCCCXCIX impressum, quo continentur Statii Silvae cum Domitii commentariis, Statii Thebais cum Lactantii commentariis, Statii Achilleis cum Maturantii commentariis.

2) vide tabulam II pag. 56.

3) pag. 41 sqq.

4) cap. 134.

Digitized by Google

Vat. I, nonnulla ex Hyg. fab. III, pauca e Vat. II ad verbum fere fluxerunt.

Scholia ad eiusdem Achill. I, 23 ex Hygin. astron. II, 20 pendent.

Phryxum arieti supernatasse Apuleius quoque tradidit [5]).

5) metam. VI, 29.

Digitized by Google

Ta-

Hygin.	Myth. Vat. I, 1, 23.
f. I. Athamas Aeoli filius habuit ex Nebula uxore filium Phrixum et filiam Hellen	a) Phrixus et Helle fratres et Athamantis regis et Nephelae filii fuerunt.
	b) Quum Nephele, quae et Nubes, insania Liberi patris concita, silvam peteret nec larem mariti peteret,
f. II. Ino, Cadmi et Harmoniae filia, cum Phrixum et Hellen ex Nebula natos interficere voluisset, iniit consilium cum totius generis matronis et coniuravit, ut fruges in sementem quas darent, torrerent, ne nascerentur;	filiis suis Phrixo et Hellae Athamas novercam nomine Inonem superduxit, quae novercali odio pueris exitium machinans matronas rogavit, ut frumenta serenda corrumperent.
ita ut, cum sterilitas et penuria frugum esset, civitas tota partim fame partim morbo interiret.	Quo facto fames innata est.
De ea re Delphos mittit *Athamas satellitem*; cui Ino praecepit, ut falsum responsum ita referret: si *Phrixum* immolasset *Jovi*, pestilentiae fore finem.	Quum ad Apollinem consultum *civitas* misisset, Ino eum, qui missus fuit, corrupit, ut referret ab oraculo dictum: *filios* Nubis immolandos.
	Nam et ipsa dixit, eos frumenta incendisse. Pater timens populi invidiam filios suos arbitrio novercae commisit.
Quod cum Athamas se facturum esse abnuisset, *Phrixus ultro ac libens pollicetur se unum civitatem aerumna liberaturum.* Itaque cum ad aram cum infulis esset adductus, et pater Jovem comprecari vellet, *satelles* misericordia adolescentis *Inus* Athamanti *consilium patefecit.* *Rex* facinore cognito uxorem suam Ino et filium eius *Melicerten Phrixo dedit necandos.*	Sed occulte illis *remedium dedit.*
Quos cum ad supplicium duceret, *Liber* pater ei caliginem inecit et *Ino* suam nutricem *eripuit.*	
	Nam *Phrixum* mortis suae ignarum *submisit, ut arietem* aureum vellus habentem *adduceret*; qui **Junonis nutu** admonitus, ut cum sorore fugeret, confestim *se* cum ea morti *subtraxit.*

Digitized by Google

bula II.

Myth. Vat. II, 134.

Athamas rex, Aeoli filius Crethei frater, uxorem Nubem vel Nephelen vocatam habuit, de qua Phrixum et Hellen suscepit. Quum igitur Nubes insania Liberi patris excitata silvam peteret nec ad larem mariti remeare vellet,

filiis suis Athamas superduxit novercam Inonem nuncupatam; quae novercali odio pueris exitium machinans matronas petiit, ut frumenta serenda corrumperent. Quo facto fames orta est.

Quum autem ad Apollinem consultum civitas misisset, Ino eum, qui missus erat, corrupit, ut referret ab oraculo dictum: Nubis filios immolandos.

Ipsa namque dictum habuit, eos frumenta incendisse. Pater vero timens populi invidiam filios suos novercae commisit arbitrio.

Schol. Stat. Theb. V, 475.

Phrixus et Helle Athamantis Aeolo geniti 1) et Nepheles filii fuerunt.

---

1) In libro, qui mihi praesto erat, legitur „Elogenti."

Digitized by Google

Hygin.	Myth. Vat. I, 1, 23.
f. III. Phrixus et Helle,	a) Hi
insania a Libero obiecta,	insania Liberi abiecti
cum in silva errarent,	quum in silva errarent,
Nephele mater eo[rum] [1])	Nephele mater eorum
dicitur venisse et arietem	dicitur venisse et arietem
inauratum	aureo vellere insignitum
adduxisse, *Neptuni et*	exhibuisse,
Theophanes filium.	
In quem [1]) natos	in quem praedictos filios
suos ascendere iussit et	suos iussit ascendere et
Colchos	in Colchos
ad regem Aeetam Solis filium	ad regem Aeetam
transire ibique arietem Marti	transire ibique arietem
immolare.	immolare.
Qui cum ascendissent, et aries eos	b) Deinde quum arieti adhaerentes
in pelagus detulisset,	mare supernatarent,
Helle	Helle puella
de ariete	in mare
decidit, ex quo Hellespontum pela-	decidit et nomen
gus est appellatum.	ponto dedit, nam ex illa Helles-
Phrixum	pontus dicitur. Phrixus
autem Colchos detulit. Ibi	ad Colchos delatus
matris praeceptis	
arietem immolavit	arietem immolavit et
pellemque eius inauratam	vellus aureum Martis
in templo Martis posuit, quam	templo dedicavit, quod
servante dracone	draco custodiebat insomnis.
Jason Aesonis et Alcimedes	
filius	
dicitur petiisse.	
Phrixum autem Aeeta libens	Aeeta rex Phrixum libens
recepit filiamque Chalciopen dedit	recepit filiamque uxorem
ei uxorem. Quae postea	dedit. Et quum ex
liberos ex eo procreavit. Sed	ea liberos accepisset,
veritus est Aeeta,	veritus Aeeta,
ne se regno eicerent,	ne se a regno deiceret,
quod ei responsum fuit	quod ei responsum a deis fuerat,
ex prodigiis, ab	ab
advenae filio [2])	advenae progenie
mortem caveret.	mortem caveret,

1) Ita M. Schmidtius p. 39.

2) Lectio genuina mihi esse videtur: „ab advena, Aeoli progenie“; apud Hyginum excidit „progenie“ apud Myth. Vat. I „Aeoli“; reliqua ut sensum praeberent, commutata sunt.

Digitized by Google

Myth. Vat. II, 134.	Schol. Stat. Theb. V, 475.	Schol. Stat. Theb. II, 281.
Quos cum noverca persequeretur infesta,	Quos cum noverca persequeretur infesta,	Phrixus et Helle
		insania a Libero obiecta
illis in silva errantibus		cum in silva errarent,
mater eorum		Nebula [1]) mater eorum
dicitur venisse et arietem vellere aureo insignitum exhibuisse,	arietem velleris aurei	dicitur venisse et arietem vellere aureo insignitum exhibuisse,
quem praedictos filios **Junonis instinctu** [1])		in quo praedictos filios
iussit ascendere et in Colchos insulam ad regem Aeetam Solis filium transire ibique arietem praedictum immolare.	conscenderunt [1]) mare ingressi patriam Colchos petebant.	suos iussit ascendere et in Colchos ad regem Aeetam transire ibique arietem immolare.
Quos matris praecepto obtemperantes aries in pelagus detulit.		Cui [2]) cum ex praedicto matris ascendissent, illos in pelagus detulit.
Helle, utpote puella sexu infirmior,	Sed Helle utpote puella sexu inferior in mare	Helle
lapsa nomen Hellesponto dedit.	delapsa nomen Hellesponto tribuit.	lapsa nomen Hellesponto dedit.
Phrixus devenit ad Colchos ibique matris iussui parens	Phrixus devenit ad Colchos ibique	Phrixus matris praecepto parens
arietem immolavit pellemque auream Martis templo dicavit, cui custodiendae draco pervigil dicitur appositus esse.	immolato ariete pellem eius auream Marti dicavit, quam draco pervigil custodiebat.	arietem immolavit pellemque auream Martis templo dicavit, quam
		Jason Aesonis filius cum Argonautis dicitur petiisse. Hunc Aeeta rex libens recepit filiamque ei dedit uxorem. Et cum ex ea liberos accepisset, veritus est [3]) Aeeta, ne se regno deiceret, quod ei responsum ex prodigiis fuerat, [ab] [4]) advena Aeoli [5]) progenie mortem caveret,

Myth. Vat. II, 134:

1) cf. Philost.: *κατά τινος δαίμονος ἐπιφάνειαν.*

Schol. Stat. Theb. V, 475:

1) suppl. „et“.

Schol. Stat. Theb. II, 281:

1) pro „Neobula“.
2) qui (sc. aries)?
3) aut „est“ delendum aut ante „Phrixum interfecit“ „itaque“ supplendum esse existimo.
4) equidem supplevi.

Digitized by Google

Hygin.	Myth. Vat. I, 23.
Itaque Phrixum interfecit.	Phrixum interfecit.
At filii eius	At filii eius
Argus, Phrontis, Melas, Cytisorus	
in ratem conscenderunt, ut	ratem ascenderunt, ut
ad avum Athamantem	ad avum Athamantem
transirent.	transirent.
Hos Jason, cum pellem peteret,	Hos
naufragos ex insula Aretiade sustulit et ad Chalciopen matrem reportavit.	naufragos Aeson [1]) excepit.

1) corr. „Jason“.

Digitized by Google

Myth. Vat. II, 134.	Schol. Stat. Theb. V, 475.	Schol. Stat. Theb. II, 281.
		Phrixum interfecit. At filii eius ratem ascenderunt, ut ad avum Athamantem [6]) transirent. Quos naufragos Aeson [7]) excepit.

5) pro „coli".
6) pro „Atlantem".
7) scrib. „Jason".

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

3 2044 037 099 744

APR 21 1904

HARVARD COLLEGE
CONSERVED
12/00
LIBRARY
HH

[redacted]ized by Google

Digitized by Google